



Disputatio exegetico-historica de Jesu Christo anamart?t?i

<https://hdl.handle.net/1874/296995>

2

DISPUTATIO EXEGETICO-HISTORICA

DE

JESU CHRISTO ANAMAPHTΩΙ.

1. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

2. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

3. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

4. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

5. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

6. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

7. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

8. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

9. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

10. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

11. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

12. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

13. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

14. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

15. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

16. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

17. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

18. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

19. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

20. *THE HISTORY OF THE CHURCH OF JESUS CHRIST*

DISPUTATIO EXEGETICO-HISTORICA

DE

JESU CHRISTO ANAMAPHTHOI,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ADOLPHI CAROLI ROVERS,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTELIUSQUE DOCT.
IN FAC. LITTERARIA PROP. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

VENERANDAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO ET SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS JURRIANUS GOUDA QUINT,

e pago Retranchement.

A. D. XI M. APRILIS, A. MDCCCLXI, HORA I.



Trajecti ad Rhenum,

TYPIS MANDARUNT KEMINK ET FILIUS.

MDCCCLXI.

СОЛНЦЕ-СОЛНЦЕ ОЧЕНЬ БЫСТРО

СВЯТИЛСЯ СВЯТОГО УАЛЬДИМА.

СВЯТОЙ МИХАИЛ ПРЕПОДОБНЫЙ.

PARENTIBUS,

PRAECEPTORIBUS,

AMICIS.

D. D. D.
AUCTOR.

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

P R A E F A T I O.

*Est sane quod doleam me adspicere finem curriculi aca-
demici, quod animo commoto ante quinquevum ingressus
sum. Undique enim tunc temporis mihi artes litteraeque
expositae erant, quas penitus cognoscere voluptati maximae
ducebam, quas recte perspicere flagrantissima cupiditate
semper volebam, quarum ad culmen pervenire jam ab omni
spe destitutus eram. Hanc ob causam mihi optime com-
pertum habebam illa Pauli verba vera esse: ἐκ μέρους γὰρ
γνῶστις περι, quorum veritatem ab eo inde tempore magis
magisque agnovi. Vehementer igitur ex commutatione futura
dolco, quum mox aderit tristissimus dies, quo valde dicere
cogor urbi, quae omnibus, intra muros vitam degentibus
ac scientiarum bonarumque artium laudem cupientibus pa-
laestra est, et gloriam amantibus viam ad summos munit
honores: Sapientiae palladio relicto, quum degimus vitam
locis longinquis, tam multa desunt, quae subsidio nobis
sunt, ut nulla dilatatione scientiae operam impendere possi-
mus, effati Longfellowis memores „excelsior!” Remoti
ab alma Matre carissima, discipuli facti magistri de*

*summis bonis humani generis disserentes non amplius audi-
mus. Hi enim nobis amorem sapientiae excitant, praeire
dignantur et rerum, quae nobis indagandae sunt fontes
aperiunt, quaestionem, cuius investigationi nobilissima sem-
per ingenia operam dedere omnem, „quid sit veritas?”
solvere conantes.*

*Est sane igitur quod doleam hanc palaestram relicturus,
ut ipse alibi, quorum hic collegem messem, fructus seram.
Sed plura dantur. Academiam qui relinquit et amicos amittit,
consuetudinem saltem continuam eorum, quibuscum consueludo
hic ei fuit. Juvenes, quod jam eleganter dictum est, juvenes
videmus quorum studia in contraria scinduntur. Hic enim
Evangelium annuntiare cupit ac de verbo Dei eos certiores
facere homines, qui nondum ipsi illud intelligere didicerunt;
ille pro miseric causam dicere et oppressorum jura defendere;
alius naturae leges, Summi Numinis immutabiles testes
ac sempiternas, investigandi amore flagrat; vitam pro-
ducere cupiunt alii et aegros restituere a limine mor-
tis, vel pueris pracepta dare sapientiae, si ea ipsi sibi
comparare jam didicerunt. Fons, qui exhaustiri nequit,
vita est academica. Ibi enim variorum accipimus cogita-
tiones, de rebus, quae nostra magnopere intersunt, doctos
audimus viros disserentes. Si amicorum consuetudine nos
implicemus, illiberaltatis et errorum jugo animus noster
liberatur, si consuetudinem cum aliis jungamus, nos in-
vicem adjuvemus necesse est.*

*Attamen gaudii laetitiaque fons adest, si virorum cla-
rorum multa nomina in memoriam recocem, quae grato
animo prosequi debeo, et qui hortantes et docentes optime
de me meriti sunt, atque ante oculos ponam eorum seriem,
quorum amicitiam conciliare mihi contigit.*

Haec vero laetitia non integra est. Nonnulli enim jam nos reliquere, nunc jam munere publico fungentes; pauci etiam, quos mors altra sustulit, parentibus atque amicis exempti sunt. Quorum in primis numero annumerare mihi liceat CAROLUM ANNAEUM GERHARDUM MELLINK, juvenem bonae spei eximiaeque virtutis, summis laudibus jam Theologiae Candidatum. Gnaviter dies noctesque studiis incumbebat, sed quum non procul a meta, quam sibi proposuerat animoque desideranerat appetere, abesset, venit inexorabilis mors, quac Patri probum filium, nobis sincerum amicum eripuit. Neque mea, et mihi persuasum est, nec vestra, amici! umquam memoria excidet ille.

Vobis, Praeceptores carissimi! permultum debo; non possum non alta voce gratum erga vos testari animum. Vos nominatim appellare supervacuum puto: me vos gratum semper fuisse, omnes scitis. Vestro ex numero tibi in primis mihi liceat gratias referre Cl. DOEDES, promotor aestumatisime! Quamquam nondum duorum per annorum spatiū cognitione tua fruor, tot tuac erga me benevolentiae testimonia accepi, ut dolore affectus et te relinquam. Si enim velerrima religionis Christianae monumenta quam accuratissime te explicantem audire soleamus, ad Apostolorum mentem penetrantem videamus, si excitare soleas apud nos amorem erga Dominum, quid mirum, quod et te amore prosequimur, quum neminem catenis vincias ut tibi assentiretur, neminemque quum cagas accipere quod accipere nequit, sed cuicunque praebreas loquendi libertatem, ut de veritate omnibus persuasum sit. Praesertim tibi gratias ago singulares quum non tantum lectionibus publicis studia adjuveris mea, sed etiam operam contuleris permultam hoc in specimine scribendo, viam mihi monstrans, quam sequi debebam. Tu

praeterea, Vir Cl.! me egregie adjuvisti etiam in difficultate superanda, qua sermone uti debebam Latino. Animum meum gratum etiam postea demonstratus omnes vires intendere volo, ut, in quaerenda veritate nullius hominis auctoritati cedens, nomine dignus sim quo tuus discipulus vocer.

Haud igitur sine causa gravissima est, quod doleam ex commutatione futura, praceptorum et amicos relincurus, absque eorum auxilio atque admonitionibus viam secuturus. Non facile sane cepissem consilium proficisciendi in vitam publicam, sed certo certius eo vocor — illuc igitur vestra me prosequatur benevolentia, et omnia, quae a vobis didicerim.

Vestras colere amicitias atque vestra erga me in memoria revocare officia, o socii sodalitiorum בראטהה „Studiis Fovetur Ingenium” et „Dicendo Dicere Discunt,” mihi gratum munus est. Mihi optime memini horarum, quas linguis Orientalibus, Homileticac, arti Oratoriae consecravimus, quarum memoriam numquam oblivione tempus delebit. Quocumque me mea fortuna ducat, dubitare nolite me recordari vestra nomina, ut fortunae prosperae symbolum. „Vivat, Floreat, Crescat,” tot locis quot festis laeta nostra fuit exclamatio, quae vota eliam nunc imo expectore nuncupare licet.

Amicorum nullius obliviscar, et mei memoria ne delectatur: qua de re quam mihi persuasum sit discessus quo afficiar moerore magnopere admittitur.

Serripsi Arnh. a. d. II. m. April. MDCCLXI.



CONSPECTUS.

PROOEMIUM Pag. 1.

P A R S I. (POSITIVA.)

DISQUISITIO DE JESU CHRISTO ἀναμαρτήτῳ.

SECTIO I. (EXEGETICA.)

N. F. de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ doctrina,	" 5.	
§ I. Jesu de semet ipso ἀναμαρτήτῳ doctrina	" 13.	
§ II. S. auctorum de Jesu ἀναμαρτήτῳ effata	" 36. α. Pauli apostoli doctrina	" 36.
β. Epistolae ad Hebraeos auctoris sententia	" 42.	
γ. Petri apostoli testimonium	" 49.	
δ. Johannis, Evangelii et Epistolarum auctoris, judicium.	" 53.	
§ III. Doctrinae N. F. de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ brevis expositio	" 57.	

SECTIO II. (HISTORICA.)

De Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ variae opiniones per saeculorum decursum	" 70.
§ I. Periodus Prima. A Patribus Apostolicis ad Scholasticos usque	" 72.

§ II. Periodus Secunda. A Scholasticis inde ad Reformationem usque	Pag. 87.
§ III. Periodus Tertia. A Reformatione ad Saec. XVIII fere medium usque.	„ 96.
§ IV. Periodus Quarta. A Saeculo XVIII fere medio ad nostros dies usque.	„ 106
EPILOGUS	„ 131.

P A R S II. (CRITICA.)

DUBIA IN ἀναμνηστικῶν JESUM PROLATA.

SECTIO I. (HISTORICO-CRITICA.)

DUBIA HISTORICO-CRITICA.

§ I. Argumenta ex eftatis Jesu hausta.

§ II. Dubia ex factis Jesu petita.

§ III. Expositio critica.

SECTIO II. (PHILOSOPHO-CRITICA.)


DUBIA PHILOSOPHO-CRITICA.

§ I. Methodus dubia solvendi q. d. Supranaturalis.

§ II. Methodus cuius auctor dicitur Straussius.

§ III. Methodus quam propugnat Ewaldus.

§ IV. Conspectus Criticus.



PROOEMIUM.

Theologiae ratione habita saepius a partibus diversis enuntiatum est, aetatem quam vivimus transitum esse ad cognitionem meliorem et clariorem. Optatio illa — haec enim persuasio, quae et mea, mihi est desiderium, magna e parte oritur ex hodierna theologiae conditione, e relatione quae inter varios intercedit theologos. Siquidem Lessingii parabolam partim nostros in usus convertimus, ut relationem illam ac conditionem perspicue illustremus, sine dubio incendium horrendum — utinam esset incendium purgans — adspicimus, quod ubique aedificium aggressum est, imo fundamenta suffudit ac subruit. Quod Lessingii diebus minime incendium dici potuit, etenim nihil aliud erat quam lux polaris, haud ita his nostris diebus. Vel firmissima fundamenta in eo sunt ut evellantur, et, cum semper bonum sit rem publice profiteri, sine causa nequaquam metuunt ne cum forma et materia periclitetur. Aliquot ante annos quanquam in patria nostra unus ex praecipuis theologis consensum universum invenire posset, quem (ct hoc ipsum effatum ab eo nuperrime repetitum est) sibi persuasum esse declararet fore ut, licet

critice, quod vero fieri eo saltem judice nunquam posset, originem religionis Christianae historicam infirmam redderet, credentes tamen, ratione habita illius, qui religionem veram patefecit, Deo adhaerere, spem ponere in aeternitate pergerent, spiritum ac principia, religionem denique Jesu conservare et tanquam veram agnoscere, hacc, dico, persuasio omnium esse desiit. Sunt qui aggrediantur spiritum, principia, religionem Jesu armis scientiae, ea habeant tanquam non amplius universe utilia, dicant obsoleta, notent religionem Christianam tanquam cadaver, ut historicum spectrum, quod praeterit, uno verbo, qui eximere contentur personae Domini nostri ἀνθρώπιαν suam, puritatem suam moralem. Christi perfectionem non tantum armis e philosophia petitis impugnant, longius procedunt, argumentis historicis diruere volunt, quae vel historice firmissima viderentur. Secundum Evangelia, sic multi hodie, Jesus Christus ἀνθρώπος non fuit, eorum numero in primis Pecautius nuperime huic opinioni favit. Hujus liber permagnum effecit rumorem famamque multam. Ubique fere voces auditae sunt apologeticae, vel elicuit problema theologicum, quod posuit societas Teyleriana, ita ut pateat Pecautii operis, anno jam praeterlapso, impressionem nequaquam languisse.

Nemini igitur mirum videbitur, me, ut argumenti mei optionem defendam, provocare ad Pecautium. Quaestionem ab eo totque aliis nostro tempore agitatam, esse e gravissimis, quam maxime memorabilibus quoad rem theologiae spectant, quaestionem, cui religio Christiana enixe est conjuncta, demonstratione haud indi-

get. Neque temporis opportunitas demonstranda est. Quid enim magis maturum dici potest quam instituere disquisitionem de Domini nostri perfectione, quae argumentis cx Evangelii haustis, et hic nostra in patria, et alibi in dubium vocatur? Siquidem illa perfectio, ex propugnaculis, quae theologia sic dicta recentior se posse ac debere defendere opinatur, praeципuum, vel Evangeliorum accurata perquisitione neganda videretur, statim religioni Christianae hora adesset suprema; transiret spes, Christo posita, quippe qui nos peccato, et morte peccato effecta liberaret; evanesceret pax animorum, ab illo nostro in pectore effusa; diruta esset atque exempta exspectatio, quae nos nostra in imbecillitate adjuvare solebat, humanum genus haud destinatum esse ad interitum peccato ac morte. De temporis igitur opportunitate vel de argumenti gravitate dubium esse nequit. Difficultates vero, huic argumento inseparabiliter coniunctae, mihi ipse equidem haud dissimulo. Multae sunt, quas enumerare necesse non est. Urgere tamen juvat, ubi adhuc disputatur de indole ac notione τῆς ἀναμαρτητικῆς Jesu, causam hujus effectus videri esse quaerendam in disquisitione hujus doctrinae, hucusque minus accurata, neque omnia librorum N. T. effata complectente ac comprehendente. Quare contendo disquisitionem de Jesu ἀναμαρτήτῳ perquam necessariam esse. Edito aliquot annis ante, illis diebus egregio, opere Ullmanni hac de re, licet multi putarent professorem Heidelbergensem rem suam sufficienter defendisse, fiducia in bonitate operis ejus gravissime languit evanuitque conclusionum causa, quas in medium protulit Pecau-

tius. Percrebruit omnium sermone opinio, disquisitionem hac de re necessariam esse, theologorum societas operi manus admovit ut eam acquireret; alibi etiam tales enuntiatae sunt voces.

Mihi proposui disquisitionem instituere de quaestione, utrum Jesus Christus revera fuerit ἀναμέρητος¹⁾, necne. Ut hac de quaestione sufficienter agere possumus, accuratissime fontes consulamus qui nos illius certiores facere possunt. Partis I Sectio I continet igitur disquisitionem exegeticam de librorum N. T. doctrina de Jesu ἀναμέρητῳ, quae doctrina criticac subjecta nos ducet medium in quaestione. Sectio II conspectum praebet criticum opinionum variarum de Jesu ἀναμέρητῳ per saeculorum decursum, quae opiniones conclusione jam acquisita probentur. Postea agere mihi est propositum de pretio historicorum dubiorum ac philosophorum.

Impedimenta varia quominus nunc de toto hocce arguento agerem, me prohibuerunt, meum vero est consilium totum quam citissime, et quidem lingua vernacula edere: quod nunc offertur attamen per se spectatum opus est absolutum. Ratio denique, qua argumentum tractavi, ceteroquin satis superque patet ex disquisitione ipsa.

1) Jesus ἀναμέρητος i. e. ab omni peccato qualicumque, quippe quod ex incredulitate contra Deum originem ducat, liber fuit.

„De Jesu Christo ἀναμέρητῳ” me acturum esse dicens respexi ad Joh. VIII : 7, locum in N. T. unicum, ubi vox illa occurrit. Hae vox licet ibi minime indiceat mulierem, cuius mentio fit, liberam esse ab omni peccato, attamen quominus illam vocem hoc sensu adhiberem, non dubitavi.

PARS I. (POSITIVA.)

DISQUISITIO DE JESU ἀναμαρτήτῳ.

SECTIO I. (EXEGETICA.)

LIBRORUM NOVI FOEDERIS DE JESU ἀναμαρτήτῳ DOCTRINA.

Tota sua amplitudine notio, verbo „ἀναμάρτητος“ tribuenda, demum religione Christiana nobis est allata. Mundus paganus notione definita Sancti carebat, imo ideam rei, quam de ἀναμαρτήτῳ propugnabat, in homine finito ac mortali inveniri posse fortiter negabat. Nota sunt verba in epigrammate apud Demosthenem de Corona:

Μηδὲν ἀμαρτεῖν ἔστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν
Ἐν βιοτῷ, μοῖραν δέ οὖ τι Φυγεῖν ἔτερον.

quum nobis in primis Epicteti effatum videatur memorandum, dicentis:¹⁾ Τί οὖν; δυνατὸν ἀναμάρτητον εἶναι ἄδη; Ἀμήκχενον ἀλλ' ἐκεῖνο δυνατόν, πρὸς τὸ μὴ ἀμαρ-

1) IV, 12, 19 ed. Schweigh.

τάνειν τετάσθαι δημοκράτης. Haec erat antiquitus persuasio universa, quam inter alios et Cicero¹⁾ enuntiavit. Frustra ut haec nostra sententia evellatur sententiae memorantur Cynicorum et Stoicorum, frustra provocatur ad notum Socraticum testimonium, frustra ad vitam Apollonii Tyanensis. Verum est nuntiare Laërtium in Menedemo, Cynicos vocasse ἀξιεραστόν τε τὸν σοφὸν καὶ ἀναμάρτυτον, et in Zenone Stoicos docere τούς σοφοὺς ἀναμάρτυτους τῷ ἀπεριπτώτου εἶναι ἀμαρτήματι, sed vel cognitio defunctoria eorum doctrinae sufficit qua convincamur haecce effata minime habere hanc significationem absolute moralem, quam demum religio Jesu Christi attulit. Idem valet de testimonio a Xenophonte²⁾ de Socrate dato: Οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβές οὐδὲ ἀνόσιον οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. Statim enim patet hic tantummodo esse sermonem illius rei, quae externe est conspiciua, principia vero prorsus neglecta esse. Philostratus vero in vita Apollonii describere conatus est in heroë suo hominem perfectum, qui ad consilia nobilissima ac purissima semper vias elit optimas et morales, qui nulla motus cupidine, nulla agitur animi concitatione, de quo dici non potuit peccati halitum etiam caput ipsius tetigisse. Haec autem adumbratio jam a Baurio jure meritoque est condemnata^{3).} Patet

1) Tuscul. quaest. II, 22.

2) Memorab. L. I. C. 1 § 11.

3) „Apollonius von Tyana und Christus, oder das Verhältniss des Pythagoreismus zum Christenthum. Tüb. 1832 p. 162. „An die Stelle dessen, welchen das Christenthum als den wahrhaft erscheinenden Welterlöser vor Augen stellt, tritt hier nur ein durch Lehre und Beispiel wirkender

igitur sententiam, qua paganismus, cui sine dubio et Judaismus addi potest, statuitur negare, homines esse absolute morales ac religiosos, nullis refutari argumentis, eo nomine saltem dignis. Hoc autem effatum pugnare quidem videtur multis V. F. locis gravissimis, quibus nitentes contendunt nonnulli, sccum ferre rei indolem, verum Dei servum, vicarium Sanctissimi in Theocratia tum demum esse posse Messiam, quum in omnibus perficeret mandata divina, peccato ac culpa prorsus esset liber. Illa vero effata nequaquam probant, quod in iis inesse censemur. Secundum V. F. auctores Messias justus erit, rex in metu Dei 2 Sam. XXIII : 3, doctor justitiae Joël II : 23, perficiet jus et justitiam in terra Jer. XXIII : 5, 6, ornabitur nomine „Domini, nostrae justitiae“ Jer. XXXIII : 15, 16, et „Servatoris“ Zach. IX : 9. In eo erit Spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et metus Domini, ager justitia atque aequitate. Justitia et veritas erit balteus lumborum ipsius Jes. XI : 2, 4, 5,

Weiser, aber auch dieser ist, was der Hauptgesichtspunct sein muss, keine lebendige Gestalt, sondern nur ein der selbständigen Realität und der Wirklichkeit des Daseins ermangelndes Bild, nur der Schwache schattenähnliche Reflex eines lebensvollen Originals, ohne welches jenem Bilde sogar der schöpferische Gedanke, dor es hervorrief, fehlen zu müssen scheint. Ist in Christus Göttliches und Menschliches, Urbildliches und Historisches zur vollkommensten Einheit des Wesens vereinigt, so steht dagegen, was in Apollonius Wahrheit und Wirklichkeit hat, tief unter der Idee, welcher es nach gebildet werden soll, und was in ihm dieser Idee sich anzunähern versucht, hat sich als bald von dem Bodem der Wirklichkeit, auf welchem es als lebenskräftiges Princip wirken soll, losgerissen.“

solium ejus thronus erit benignitatis, quaeret jus
 atque erit paratus ad justitiam Jes. XVI:5. Haec
 omnia effata videmus tantummodo spectare ad ratio-
 nem, qua regnabit rex pacis, nullam omnino fieri men-
 tionem indolis ejus moralis atque perfecte religiosae.
 Nihilominus haec effata, a me memorata, unica sunt
 quae hanc ad rem saltem quodammodo valent. Tria
 alia Jes. XLII:1, 3; LII:13 et LIII:7, 9, 11, in-
 veniuntur Jes. XL—LXVI, in opere magni Ignoti,
 libro de **עָבֹר יְהוָה**. Utrum hic revera sit Mes-
 sias nec ne, problema est magni momenti, cuius so-
 lutio omnes auferens difficultates nondum est allata.
 Qui refutant sententiam sub **עָבֹד** esse intelligendum
 Messiam, contendunt significari partem meliorem po-
 puli Israëlitici, cui sententiae equidem puto argu-
 menta favere pauciora quam alteri. Contrarium autem
 licet verum esset, absque ullo dubio analogia adest
 Dei servum inter et Messiam secundum auctorem
 Jes. XL—LXVI. Primus sc. locus nos docet **עָבֹד**
 a Jahve adjuvari Ejusque esse electum, quem et
 Ille diligit. Ei dedit Jahve Spiritum suum. Jus ille
 populis annuntiabit. Quassatam arundinem non franget
 linumque vaporantem non extinguet, veritate jus do-
 cebit. Locus secundus eum acturum esse prudenter
 et exaltatum iri; tertius denique, qui et gravissimus,
 eum in perpessionibus patientem fore, subjectum atque
 obedientem, nullomodo acturum esse injuste, nullam
 tandem fraudem in ejus ore inventum iri.

Hisce etiam effatis sententiam Vetus Foedus Mes-
 siam tanquam *ἀναμέρητον* proponere, nullomodo affir-
 matur, tantummodo ejus fit mentio ut regis justi,

qui passus est pro injustis et hac in passione se subjectum praestitit. Quam sententiam longe abesse ab idea τῆς ἀναμάρτησις demonstrare non opus est. Nequaquam negatur jam antiquitus inveniri verba ἀναμάρτητος et ἀναμάρτησις, sed statuendum est ea, etiam ubi ad moralitatem pertinent, neutiquam exprimere perfectionem moralem, quam iis tribuit religio Christiana. Argumentis, quae hanc in opinionem prolata sunt, jam refutatis loca praeterea adsunt probantia. Usurpatur apud Herodotum V, 39 vox ἀναμάρτητος de muliere, quae contra maritum suum non peccarat, et I, 55 de urbe, quae omni suspicione perfidiae prorsus erat libera. Apud Xenophontem et Platonem ἀναμάρτητος partim ille est, qui peccare nequit, partim is, qui revera non peccat, uterque vero haud sensu stricte morali, quum tantum spectat ad externa muneris officia. Prima significatione ait Plato¹⁾: Πότερον δὲ ἀναμάρτητοι εἰσὶν οἱ ἀρχοντες, οἱ δὲ τε καὶ ἀμαρτάγειν; altera Xenophon: Όφω γὰρ τῶν ἀνθρώπων εὐδένα ἀναμάρτητου διατελοῦντα. Longinus²⁾ utitur voce ἀναμάρτητος sensu eodem quo καθηρός et ἀσφαλής. Apud Diogenem Laërtium³⁾ et Epictetum invenitur quam maxime definita sensu morali, hic in primis saepius vocē illa utitur, sicut I, 4, 11: ἐν ὄρμαις καὶ ἀφόρμαις ἀναμάρτητος. IV, 8, 6: οἱ τοῦ φιλοσόφου πρόσληψις καὶ ἐπαγγελία, ἀναμάρτητον εἴναι, atque in primis loco jam laudato IV, 12, 19⁴⁾.

1) De Rupabl. lib. I.

2) De Sublim. XXXII, 8.

3) VII: 122.

4) Cf. Stephan. Thesaur. Ling. Gr. Vol. II. p. 1920 ed. Lond. et Ullmann die Sündl. Jesu. Ed. VI, 1853. p. 130.

Hisce omnibus satis superque nobis patet mundum paganum cum caruisse notione stricta τοῦ ἀναμάρτητου ipsius, tum negasse hominem esse posse sine peccato. Nulla unquam religio, Christiana excepta, in propugnatorum sive auctorum suorum ordine ἀναμάρτητον indicare potuit; nunquam vel ardentissimus sectator religionis Judaicae Mosi hancce proprietatem tribuit, et jure quidem, Exod. II. 12, 14 enim, quominus petitionem suam argumentis fulciret, prohiberet. Nunquam etiam Mohammedi hocce beneficium postulaverunt. Dettingerum et Gerockium audiamus, quorum ille¹⁾ declarat notionem τῆς ἀναμάρτησις, in hominem relatam, ab Chorâno esse alienam, peccatum magis tanquam actionem externam quam ut conditionem internam proponente. Hic²⁾ autem locos ex Chorâno laudat ut probet Mohammedem ipsum haud proponi tanquam ἀναμάρτητον, quia nonnunquam peccata ei condonari dicuntur. Neque Christus proponitur a religionis Islamiticae auctore ἀναμάρτητος.

Quaque igitur ab religione, Christiana excepta, idea τοῦ ἀναμάρτητου prorsus aliena est, quatenus realiter prodiit: nulla gens, nulla religio viribus destituto indicare potuit exemplar splendidissimum, quod omnia revera perficit quaecunque alibi non perficiuntur, religioque Christiana modo sua vocare potest. Quare saepius hoc beneficium, idque mea opinione jure, in lucem protractum est. Apostoli enim quia minime ut philosophi pagani moralitatis religionisque doctrinam

1) Tüb. Zeitschr. für Theol. 1831. 3. p. 62, 63.

2) Christologie des Koran, Hamb. 1839, p. 100, 101.

annuntiarent, sed Christum, hominem qui loqui solebat sicut in terra nemo adhuc erat locutus, cuivis ante oculos describerent; quia praedicarent expletionem eorum, quae cujusque in pectore tacite laterent, ecce, hoc erat unum e fortissimis incitamentis, quac religioni sui abnegationis victoriam attulerunt de colendis viribus physicis, de sequendo passive principio arido ac legali.

Doctrina de Jesu ἀναμαρτήτῳ itaque omni tempore in ecclesia Christiana basis erat, qua nitebatur pondus totius religionis: quid eveniret, si succumberet; quidnam aedificio accidit, cuius diruuntur fundamenta? Doctrinam de Jesu ἀναμαρτήτῳ fictam esse, cui facto nulla adsunt argumenta, contenditur, affirmatur a viris, qui scientiis eminent. Attamen ab iis, itemque ab omnibus, qui jam contra hos pugnarunt, neglecta est disquisitio gravissima, saltem haud tractata tali diligentia, quali dignum est rei monentum. Hucusque a nemine exposita est totius Novi Foederis librorum doctrina de Jesu ἀναμαρτήτῳ, in qua omnia effata apostolica ac testimonia quoad hanc rem spectant dijudicantur¹⁾; nihilominus nemini unquam continget solvere sufficienter hancce quaestionem, cuius specimen dare nobis est propositum, nisi hanc per viam; nunquam cognoscentur accurate omnia dubia, hoc saeculo et praecedenti prolata in Domini nostri indolem moralem ac religiosam, ante quam habemus definitionem, in qua omnes receptae sunt enuntiatio-

1) Conf. Opus periodicum „de Gids“ m. Jun. 1860, et ibi Dr. Pierson „Misverstand“ pag. 814.

nes, hucusque magis quam par est neglectae, sicut Hebr. II:10; V:8; Luc. II:52 al. Variis autem e partibus contendunt multi, primum nos scire debere quid sit ipsum peccatum, antequam explorare possimus quid sit intelligendum sub τῇ ἀμαρτίᾳ. Quam ob causam hac de re paululum disputare mihi liceat. In N. T. libris peccatum variis nominibus insignitur, quorum ἄνοια, ἀδίκη, ἀσέβεια, παρανοία, παράβασις, παρέπτωμα, ψεῦδος, quam maxime usitata sunt, quae omnia indicant contrarium ejus quod est legale, jus, officium, verum, quo in violando S. Scriptores peccati characterem quaerendum esse opinantur. Ubi cunque peccati indolem quaerendam esse statuunt, sive in seditione et concitatione contra Deum, sive in violanda lege morali, sive in saucianda conscientia — hoc certe constat iis auctoribus cum, qui peccat, aberrare, aversari a sua destinatione, remanere ignominiose a fine ac consilio indolis suae moralis atque religiosae. Quominus hoc uberior exponamus prohibent limites nostri argumenti. Ut Novi T. notionem τῆς ἀμαρτίας accurate exponeremus, voluminis spatium nostrum esse deberet. Effata autem supra jam dicta sufficient quae nos adjuvent longius procedentes. Unum locum tamen quasi in transitu urgere volo. E ratione, qua is qui facit ἀμαρτίαν, in N. T. proponitur, satis patet ejus tantummodo fieri mentionem in conditione qua sui conscientius est. Recte etiam observatum est cum in Vetere tum in primis in Novo Foedere illustrari vinculum peccatum inter et incredulitatem, fidem et sanctitatem, ethicum momentum inter et religiosum. Judicio S. auctorum ἀμαρτία est conditio hominis sui concii, in

qua incredulitate contra Deum Jesumque motus violat legem a Deo datam externe s. interne. Supponas hisce peractis nos perfecte scire quid sit intelligendum voce ἀμαρτίᾳ, num hoc nobis lumen sufficiens praebet in exponenda definitione τῆς ἀναμαρτησίας? Videtur quidem ita esse, quia ἡ ἀναμαρτησία potest definiri conditio, in qua nulla invenitur ἀμαρτία. Sed revera immerito videtur ita esse. Obliviscuntur enim in exponenda hac definitio plus quaeri, quam enuntiationis tantummodo versionem. Quaenam sint indicia conditionis, in qua nulla invenitur ἀμαρτία, quaeritur: illi quaestioni respondeat N. T. doctrina de Jesu ἀναμαρτήτῳ. Disquisitio exegética accurate instituta omnium effatorum, quae hue pertinent, hanc nobis praebere potest responsionem. Huic operi nunc manus admoveam. Singulatim exponere juvat primo Jesu ipsius, postea ejusque S. auctoris *de Jesu ἀναμαρτήτῳ* ideas, quo facto si pateat eas, quanquam forma diversas, sine vi, sine harmonistica q. d. artificiali — omnis exegeseos interitu, — posse conjungi, doctrinam, de qua acturi sumus, paucis complectemur.

§ I.

Jesu de semet ipso ἀναμαρτήτῳ doctrina.

Campum ingrediens jam ante nos tam saepius peraratum, tria praemittere cogimur, quae observanda nobis videntur. Multa exponentur a nobis Jesu ipsius effata, quae consilio nostro parvi sunt momenti, quae, si oriunda essent ore s. calamo alio, tacite certe trans-

iissemus; quia vero ad classem pertinent testimoniorum ab ipso editorum, hac re ipsa jam magni sunt momenti. Altera observatio haec est: testimonium a quodam de se ipso editum non valere contendunt. Per se spectatum hoc verum esse constat. Sine dubio autem alia est res in dijudicandis vita moribusque, qui si omni tempore omnibusque partibus testimonio convenient de se ipso edito, esse desinit quodvis fundamentum quo ipsum testimonium in dubium vocaremus. Denique multa, quae nostris a praecessoribus satis superque sunt exposita praeterimus, indiciis nonnunquam allatis. Jesu effata de se ipso edita, vel quatenus ad nostrum argumentum spectant, admodum sunt frequentia, quod momento haud caret. Ab uno ad alterum escendentes ultimo loco de effatis agemus gravissimis, inter quae et recipiantur lucem effudentia de Jesu ἀναμαρτήτῳ. Conspectus criticus in fine ponatur.

Inveniuntur in Evangelio Matthei aliquot effata quae referenda sunt primam ad classem. Breviter ea exploremus. Primum III:15 est Domini nostri dictum, enuntiatum ad tollendam dubitationem Johannis, qua hic quominus Jesum baptismō initiaret prohibebatur. Respondet Jesus: Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην: nunc remittas, sic enim dicit, aptum est nobis (tibi et mihi), perficere, exsequi omnem justitiam, omne quod jus est, quod a Deo poscitur. Ad quaestionem, quare tandem deeret Jesum initiari ab Johanne baptismō, postea, de dubiis contra ἀναμαρτηταν Jesu prolatis agens redibo. Hic monere sufficiat jure hunc locum plerisque

ab interpretibus proponi tanquam problema de Jesu
 ἀναμάρτητῳ tantum leviter tangentem, quum primo
 enuntiatio spectet non ad Jesum solum, verum etiam
 ad Johannem; deinde vocis πρέπον sensus quominus
 de quadam re absolute necessaria cogitemus prohibeat;
 denique quum hisce ex verbis potius adversus Jesum
 ἀναμάρτυτον argumentum peti posset. Hoc autem certum
 est, efficere haec verba memorabilia, quod magni facia-
 mus eum, qui adeo tenacissime sibi proposuisset per-
 ficiere quodcunque esset jus atque officium. Eandem
 invenimus sententiam, V : 17, ubi verba πληρῶσαι τὸν
 νόμον interpreti varias praebet difficultates. Sunt, qui
 opinentur, hisce verbis exprimi Jesu consilium legis
 Mosaicae omnibus in articulis complendae¹⁾). Opinan-
 tur autem obstante omnino totius orationis montanae
 indole ac consilio. Jesus contra hic tantum proponit
 adventus sui consilium, minime ut evellat legem
 Mosaicam, sed ut principium, hac in lege conspi-
 cenum, patefaciat et ad majorem ducat perfectionem,
 ut veram religionem, jam Veteris Foederis tempore
 patescant eximat forma sua temporali involuerisque

1) Haec opinio refutari nequit provocando ad thesem, qua alibi homines facere dieuntur, quidquid hic tanquam Jesu consilium proponitur. Gal. VI : 2 sc. illi, ad quos mittit epistolam suam Paulus apostolus, mo-
 nentur ferre onera sua invicem, et τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ ἀναπληροῦν,
 quum alibi Rom. XIII : 8 qui proximum amat legem complevisse dicatur.
 Attamen conclusio mihi videtur non justa, hisce duobus locis aeque ac
 Matth. V : 17 significari legem Mosaicam, Pauli enim mea sententia con-
 silium esse nequit defendere opinionem eum prorsus complevisse legem
 Mosaicam, qui amore proximum prosequitur; Gal. VI : 2 lex definitur
 tanquam Christi. Conf. in primis Gal. V : 14.

symbolicis, quo in conamine sine controversia spiritum valde religiosum Jesu admirari possumus¹⁾).

Alibi memorat Mattheus, XI: 29, Jesum sibi tribuisse lenitatem et humilitatem, idque ex pectore, sincere, in oppositione Pharisaeorum doctorumque legis, qui licet esse viderentur, tamen minime lenes atque humiles erant, docente Jesu alibi XII: 50, eum, qui Patris sui obsequitur voluntati, esse suum fratrem, suam sororem ac matrem, i. e. ab ipso magis quam illos aestimari et diligi. Haec quidem testimonia efficiunt ut quam maxime admiremur indolem moralem ac religiosam ejus, qui ita loquebatur, ita agere solebat, nos vero non eo ducunt, ut illum agnoscamus hominem supra omnes infinite sublimem. Neque hujus rei mentionem faciunt effata Joh. IV: 34, VII: 17 et X: 30. Suum esse cibum, munus ac votum, perficere voluntatem Patris, exsequi Ejus opus, Jesus declarat. Quoniam tandem sensu haec verba explicitur, sive hisce exprimatur consilium agendi secundum dignitatem Mes-

1) Interpretationis historia loci alias ex Matthaei Evangelio, qui VII: 11 invenitur, nos docet, quaenam olim argutiae scholasticae valerent in interpretatione. In verbis enim Jesu: „siquidem vos, qui estis mali,” oppositionem sc invenire contendebant, quum, Jesus nisi fuisset ἀναρρητός, dicere debuisset: „siquidem nos, qui sumus mali.” Sieut saepius, latus veritatis unum videbant, ita vero ut alterum prorsus obscurum maneret. Constat sane hisce verbis inesse oppositionem, sed minime adversus se ipsum, adversus Deum Jesus describebat malos homines. Jure jam Chrysostomus: Ταῦτα δὲ ἔλεγεν οὐ διαβάλλων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, οὐδὲ κακίζων τὸ γένος, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς εὐχαθήτητος τῆς αὐτοῦ, (sc. τοῦ θεοῦ) τὴν φιλοστοργίαν τὴν πατρικὴν πονηρίαν καλῶν. Quam ob causam hunc locum tanquam nil valentem considerandum esse statuimus.

sianam, sive expositionem simplicem principii vitae, hoe certe constat, Jesum hic indicari tanquam illum, qui omnibus viribus Deo obtemperare Eique obsequi studebat¹⁾

Tanquam veritatis doctrinac suae probationem indicat Jesus, VII : 17, Dei voluntatem perficere. Quae verba testantur Jesu persuasissimum fuisse de veritate doctrinae suac, eum scmet ipsum habuisse perfecte religiosum, et cum liceat concludere e vinculo inseparabili religionis ac moralitatis, etiam perfecto moralem. Est tamen argumentum q. d. indirectum.

„Ego et Pater unum sumus: ἐγώ καὶ ὁ πατήρ ἡν δισμού, haec verba gravissima et significationis causa omni tempore iis tributac, et ob doctrinae formulas, iis superstructas, deinde in censum veniunt. Quibus verbis auditis Schleiermacheri recordamur testimonii²⁾, quo simul nobis depingitur momentum plerisque a theologis

1) Optime Lückius: „Weisse würde, wie er sagt, vorzichen, diese Worte in einem anderen Zusammenhange gesprochen zu denken, da sie ihm bey Gelegenheit der Ablehnung einer wirklichen Speise einen Beygeschmack von Prahlerischem zu enthalten scheinen. Freylich, setzt er hinzu, kann von diesem Scheine der Joh. Christus überhaupt nicht freygesprochen werden. Allein so kann nur der vorurtheilsvollste Widerwille gegen das Joh. Ev. sprechen. Die Bildlichkeit des Ausspruchs ist eben so natürlich, als gewöhnlich. Oder gäbe es überhaupt kein menschliches Gemüth, welches in Demuth und Gehorsam über der himmlischen Speise des göttlichen Wortes und Willens die irdische Speise vergässse und zurücksetzte? Wehe, wenn wir den Philosophen, geschweige den Religiösen beym Worte nähmen!“

2) „Wie könnte der, in welchen auch nur die leiseste Spur von Sünde übrig ist, sagen, dass er eins ist mit Gott, dem Vater des Lichts, dem, der allein gut und rein ist, und dem alles auch nur nahet in dem Maasse, als jeder am Guten und Reinen Theil nimmt?“

huic effato tributum. Tribus modis haec unitas cum Patre explicari solet, 1°. tanquam unitas voluntatis sive consilii, 2°. tanquam unitas potentiae, 3°. tanquam unitas essentiae, quarum trium explicationum nulla per se spectata mihi saltem satisfacit. Quod attinet ad primam, Jesum hic modo docuisse consensum suum perfectum cum Dei consiliis, mente ac voluntate, illa defendi nequit provocando ad XVII : 21, 22, orationisque contextui pugnat. Dominus enim probat neminem manu sua posse eximere oves sibi datas, vs. 28. Quod ut assequatur propositum hac argumentatione utitur:

Pater meus major est omnibus,

Ille ipse eas mihi oves dedit,

Ego et Ille unum sumus i. e. potentiae, quapropter nemo eas mihi potest eximere. Ex illa unitate potentiae etiam unitas essentiae s. naturae ac mentis sequitur. Jesus hic igitur perspicue rationem habet arctae conjunctionis, cuius tanquam naturae divinae socius, quamquam homo simul, esset particeps. Conf. Joh. III : 13, X : 18, XIV : 10, et in primis I : 51. Hae tres interpretationes, supra laudatae, minime ergo separandae, sed arcte conjungendae sunt. Quid vero sequitur nostro ex effato hac ratione explicato? Primo Dominum nostrum hic unitatem cum Patre sibi tribuisse sensu, quo nemo mortalium eum sequi potest, deinde haec verba sensu tripartito nobis facem praeferre in nostra disquisitione. Jesu semper eadem mens erat, eadem voluntas quae et Deo, exercebat candem potentiam moralem, unus erat cum Deo natura, Infiniti cognitio ei perfecte erat propria, sicut enim Paulus

ait Coll. II : 9, 10 : in eo κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, plenitudo, ad quam ecclesia et omnes credentes pervenire debent, qui itidem a Paulo dieuntur, Eph. III : 19, πληρώθηναι εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ θεοῦ.

Locis innumeris Jesus Deum Patrem suum dicit, quod demonstrare haud necesse est, quia omni dubio majus est, hoc alio prorsus sensu intelligendum esse, quam quam et homines eodem nomine uti dicantur. Deus enim Pater Jesu *est*, hominis vero *fit* Matth. V : 9, 45, Luc. XX : 36. Multa alia testimonia, sicut „in me credite,” „venite ad me omnes, qui fatigati estis et onerati, et ego efficiam ut requiescatis,” taliaque multa nobis s. mediate s. immediate conditionem indicant religiosam et moralem, cuius alios apud homines sermo fieri nequit. „Omnia mihi a Patre meo tradita sunt, ac nemo scit, quisnam sit Filius, quam Pater, et quisnam sit Pater, quam Filius, illo tantum excepto, cui revelaverit Filius,” haec Jesu verba, Luc. X : 22, commentarium vocare vellem in omnia effata, e quibus nobis patet perfectio Jesu moralis. Quum enim religio vinculum est, quod homini cum Deo intercedit, cuius vinculi conscientia apud eum plenissime adest, qui novit Patrem, inde sequitur nostrum Dominum fuisse in vera relatione cum Deo. Peccare — jam vidimus — est Dei mandata violare, aversari a Deo, peccatum igitur religionem excludit, sicut et haec cum illo jungi prorsus nequit. Quavis fore in pagina Evangeliorum effata invenimus, ubi Dominus sibi conscientiam tribuit relationis suae cum Deo, coque ipso ergo significans peccatum a se esse

alienum, quippe qui perfecte esset religiosus. Quam autem observationem etiam alibi affirmatam videbimus.

Disquisitionis nostrae ratio nos dicit ad effata graviora, in quorum interpretatione eundem quem antea ordinem servare volumus. Primo loco hic in censem venit testimonium, quod invenitur Joh. XVI: 9, 10, ubi affirmat Dominus Paracletum, cum venisset, mundo persuasurum esse peccati, quia in se ipsum non crederet, ac justitiae, quia abiret ad Patrem suum, illique ipsum non amplius viderent. Quod dictum a plerisque quidem continuo proponitur tanquam ad rem nihil valens, quam ut obscurum plures praebat interpretationi difficultates, perperam vero, tum demum enim, quum prorsus intelligi non posset, excludi deboret, nunc autem, inter recentiores Beza, Bengelio, Moro, Tittmanno, Lückio, Fritzschio, et inter antiquiores Chrysostomo, Theophylacto, Euthymioque convenientibus, excludi non licet. Videamus, quid Jesus hisce verbis significet. Paracletus, quem mittet Pater, convincet = ἐλέγει mundum, eos qui eolorum regni cives non sunt, peccati, cui vs. 9 τῶν οὐ πιστεύοντων, justitiae, cui μω, judicii, cui τοῦ ἀρχοντος τοῦ κόσμου τεύτου addendum est. Spiritus igitur S. credentes convincet Jesu justitiae, minime Dei justitiae, ut contendit Grotius, neque δικαιοσύνης τοῦ θεοῦ sensu Paulino, ut Cyrillus, Augustinus, Erasmus, Lutherus, Melanchton, Calvinus, interpretes plerique saeculi XVI et XVII, Calovius etiam, Lampius, Michaclis, Storrius; neque „ejus, quod jus et fas est, quod fieri debet,” ut Sociniani et Kuinoel, sed δικαιοσύνης, quae jam sua erat, sed quam tum demum homines agnoscerent. Tcs-

timonium igitur edit quoad conditionem suam spectat tanquam δίκαιος, quo nomine eum saepius vocat Johannes hujus fortasse effati ratione habita. Ad quaestionem, utrum hoc testimonium, quod Dominum depingit tanquam δίκαιον, contineat indicium certum, postea rediho, Apostolis testibus auditis. Nunc autem nobis observatio sufficiat, omnes, qui in Jesum credunt, quod ipsi Domino proprium est, ex auctore id fieri posse; ex quo magnum sequatur discrimen Jesum inter et alios necesse est.

Aliud Domini nostri effatum nostro consilio aliquid momenti itidem habere videtur: καὶ ὅπερ αὐτῶν ἐγώ ἀγιάζω ἐμαυτὸν, Joh. XVII : 19, de quo adsunt interpretationes multae diversae, quarum nonnullae admodum perversae. Kuinoelii interpretatio: „equidem me ipsum pro iis consecravi tibi, ut hi quoque per veritatem (tuam doctrinam propagantes) tibi consecrati essent,” tanquam fundamento carens omnino rejicienda quia 1°. ἀγιάζω est tempus praesens, non perfectum, 2°. perperam τοι ab eo interpolatur, 3°. ἐν ἀληθείᾳ mutatur cum ἐν τῇ ἀληθείᾳ. Interpretatio a Chrysostomo, Euthymio, Lückio, Meyero, Fritzschio defensa: „et pro iis, in eorum emolumentum, ego memet ipsum consecro, nempe me victimam praebendo, h. e. et pro eorum commodis vitam ipse meam profundo” regulis grammaticae quidem non pugnat, sed accipi nequit verborum ratione habita: ἵνα καὶ αὐτοὶ ὁσιοὶ ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ, nisi saltem sumatur hocce ἡγιασμένοι alio sensu quam quod immediate praecedit ἀγιάζω. Pro-pugnatores suos enim ad dilemma cogit, sive Dominum hora vitae suae ultima usum esse verborum praestigiis,

sive eum hic proponere tanquam adventus sui consilium suorum mortem. Quapropter equidem puto hic valere significationem nativam vocis ἀγιάζω, quae in versione τῶν LXX congruit Hebraico קָרְשׁ indicateque „sanctum facere.” Et Ullmannus hanc amplectitur sententiam.¹⁾ Adversus hanc interpretationem i. al. a Fritzscho tria prolata sunt dubia: 1°. eam pugnare loquendi usui, ἀγιάζω ἐμαυτὸν τῷ θεῷ nunquam enim significat: „vitam meam Deo consecro,” semper: „memet ipsum Deo consecro.” Quae observatio meam ad interpretationem non spectat. 2°. nostra explicatione ἐν ἀληθείᾳ sumendum esse tamquam ἐν τῇ ἀληθείᾳ, quod grammaticae pugnat, sive tanquam „vere,” quod nullum praebet sensum rectum. Contrarium demonstrabo. 3°. tum non intelligi, quare Jesus hic proponatur tanquam semet ipsum etiam atque etiam sanctificans, ille qui mox esset moriturus. Quod argumentum itidem adumbrabo.

Interpretatio mea non pugnat Novi Foederis usui loquendi. Conf. Matth. VI:9, Luc. XI:2, Matth. XXIII:17, 19, 2 Tim. II:21, Joh. XVII:17: ἀγίαζον i. e. sacros fac αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ του: in veritate tua propaganda, Hebr. II:11 al. Omnibus perspicuum est omnes significationes derivatas, ut „consecro, purgo, morti me devoveo” proprie nil aliud significare quam ipsum „ἀγίων facio”; „consecro” idem est quod „Deo

1) „Der Ausdruck ἀγιάζειν bezeichnet entweder die Selbstaufopferung Jesu, oder, insofern es auf sittliche Weise geht, eine solche Heiligkeit, die, wenn gleich in Christo ihre lebendige Quelle findend, doch auch bei den Aposteln erzeugt werden kann, also nicht bei dem Erlöser einziger Art wäre.”

sacrum facio"; purgo est ἀγιον facio, liberum e. g. a mendis; morti me devoveo tamen est explicatio, non vero significatio verborum ἀγιάζω ἐμαυτόν. Quum in primis postea multi succumberent martyres religionis Christianae, martyres sensim paulatimque ἡγιασμένοι vocati sunt. Deinde illi tantum, quum qui verus esset Christianus diceretur ἀγιος, et haec actio, siquidem hic se Christi causa morti devoveret, ut res summe religiosa consideraretur, soli dicti sunt ἡγιασμένοι titulo honorificissimo, sicut Paulus e. g. ab Ignatio dicitur. Significatione vocis ἀγιάζω exposita attamen cetera Fritzschii dubia vi probandi haud orbata sunt. Videamus, utrum Jesu effatum, sensu supra dicto acceptum, orationis contextui quadret nec ne „Eos sanctifices," hoc votum eloquitur Servator noster ad Patrem suum, „ut fiant idonei ad propagandam veritatem Tuam, annuntiandum verbum Tuum, verbum Tuum enim est veritas — et me ipsum sanctifico, propono me sanctum, idque mea morte in corum commodum, in mundi salutem, ita ut illi sanctificant revera.

Utroque effato praecedenti testimonium ipsius Jesu acquisivimus, eoque nomine nobis majoris momenti, de se ipso ut δικαιος et ἀγιος; progrediente disquisitione nostra testimoniorum vim identidem augeri videbimus, magis magisque admirabimur majestatem ac splendorem illis ex effatis profluentem. Summa certe imbuimur veneratione quum Dominum affirmantem audiamus se loqui non tantum veritatem, se afferre non tantum lucem vitamque, sed etiam se esse viam ac veritatem, omnesque, qui quaerant veritatem eamque

ament, ipsum talem agnoscant, Joh. VIII:40, XIV:6, XVIII:37, se esse lucem ipsam VIII:12, IX:5, vitam V:26, XIV:6, vitae cibum VI:35, 54. Semper Domino erat persuasissimum, omni tempore Patrem se audire XI:42, quia agebat, faciebat, loquebatur quidquid gratum esset Patri Matth. III:17, XVII:5. Quare relatio ejus cum Deo arctissima esse debuit, vinculum quod ei cum Deo intercedebat inseparabile, unus prorsus tandem cum Patre coelesti — qua ratione aliter explicanda illa alta, omnemque omnium saeculorum superans cognitio Dei religionisque, effata illa, ut: *πνεῦμα ὃ Θεός, καὶ τὸς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθεῖᾳ δεῖ προσκυνεῖν*, taliaque quae ante eum a nemine adeo perspicue enuntiata, post cum hucusque summa fuerunt in religione veritas? Haec unitas igitur Domini nostri cum Deo a nullo qui novit generis humani historiam, atque ita etiam memoria tenet omnes illos tristissimos errores morales ac religiosos, negari potest; quod si verum et conclusio absque ullo est dubio summam moralitatem nomenque honorificum *ἀναμάρτυτος* ei fuisse.

Hanc cum Deo unitatem perfectam memoratam inventimus verbis: *ὁ ἐνραχὼς ἐμέ ἐάρων τὸν πατέρα*, in quorum interpretatione perfectum *ἐνραχώς* nimis neglectum est, magis saltem observari debuerat. Siquidem enim Jesus, rogante Philippo ut sibi Patrem ostenderet, tantum se ipsum indicasset ac dixisset *cum*, qui se ipsum *videret*, et Patrem *videre*, nullam sane difficultatem verba afferrent, sed respondet Jesus quicunque ipsum *viderit*, antea ergo tempore nunc jam praeterlapso, eum et Patrem *vidisse*. Lückius

difficultatem haud fugit contendens hocce perfectum eodem sensu sumendum esse quo vs. 7, quia praesens tanquam finis s. conclusio practeriti summum est cogitationis. Hoc autem nequaquam e verbis sequitur. Videamus quid Jesus significare voluerit quum diceret in ipso conspicuum fuisse Patrem, mox hujus *ἐωραντός* sensus nobis fiet clarior. Sicut ex rei indole satis superque patet, Dominus haud indicat in sua persona fuisse conspicuum Patrem, ipsum fuisse imaginem vivam Dei naturae corporaliter, quae opinio neutriquam a S. auctoribus affirmatur, ac rejicienda est ut per se spectata parum verisimilis. Novimus cum itaque tantummodo ex ejus actionibus, operibus, effatis. Tota enim ejus vita, quam jam egerat, iis erat imago indebilis, speculum, ut ita dicam, e quo Dei Spiritus iis obviam ibat. Nos autem, ipsi imperfectissimi, in speculo Iesu verborum actionumque, Dei imaginem videmus eatenus, quatenus sinunt scientiae nostrae fines. Tantum quod praeterit observari potest; quamdiu praesentia sunt praesentia, tamdiu nullius partis studio observari nequeunt — hanc ob causam Jesum perfecto tempore usum esse puto. In his verbis vides ergo effatum gravius de Jesu cum Deo unitate. Quicumque eum vidit ac novit, qui ex actionibus ejus ac verbis imaginem ejus hausit, vedit et novit Deum, quia Jesus Deum perfecte norat, quia perfecte omnino religiosus erat. Conspicua est omnibus Dei imago quam exhibet Christus, quippe qui in sua vita ostenderet sanctitatem perfectam, et religionem veram patifecerit. Quia igitur vita Christi Dei ipsius sanctitatem et justitiam pure ac splendide hominibus

patefecit, nemo ad Patrem pervenire potest, nisi per eum, Joh. XIV : 6, ipseque est dux summus fidei, quam ad finem perduxit. Conf. Hebr. XII : 2. Ipse dixit Jesus Dei conscientiam tanquam naturae spiritualis ac Patris perfecte ac perenne vivere in se ipso. Quaestio oritur num revera hoc effatum vita ejus ac moribus non tantum, sed etiam imprimis testimonii ipsius comprobetur. Num revera in Evangelii effata invenimus, quae talia de vita ejus testantur religiosa, quaecunque de nullo alio mortalium affirmant? Num revera nobis obviam eunt effata, quae demonstrant vitae religiosae in illo loquenti habitare copiam, quae alibi sine spe, sine exspectatione quaeri debet? Hisce quaestioneibus quum affirmantes respondere debeamus, illum, qui illa enuntiavit dicta (et quamnam tandem ob causam quis dubitaret quin Jesus ea fuerit elocutus?) etiam esse qui normam praebebat in religione ac moralitate, eum nostrum esse Magistrum, apud eum inveniri totam probationem τοῦ ἀναμαρτήτου, summo jure concludendum esse statuimus.

Se veracem esse, nullaque in se esse injustitiam, declarat Dominus, Joh. VII:18, in tabernaculorum festo, quippe qui minime suum quaereret honorem, sed Patris, quem se colere ipse profitetur, VIII:49, se semper facere Patris voluntatem, VIII:29, affirmat atque esse liberum peccato loco celeberrimo Joh. VIII:46, qui accuratius paululum indagandus est. Rogat Dominus: τις οὖτις ὑπῶν ἐλέγχει με περὶ ἀμαρτίας; eoque ipso testimonium directum de se ipso edens. Vocis, de qua lis adhuc sub judice, sensus quatuor diversis modis sumitur, a Webero intelligitur ut peccatum intellectusque

error, a Fritzschio ut fraus, ab Origene et Kypkio ut error intellectus, a Chrysostomo, Theophylacto, Euthymio Zigabeno, Lückio, Olshausenio, de Wettio, Meyero al. ut error ethicus s. peccatum universe¹⁾. Forum opinioni, qui *ἀπωτίκη* hic notari errorem intellectus contendunt, Novi Foederis usus loquendi pugnat, cui interpretationi vero quum orationis contextus favere videatur, memoria tencatur peccato tacite aberrationem a vero et recto includi, quod et oratio circumjecta hic docet. Postquam vs. 44 et 45 Diabolum et Judaeos sibimet ipso opposuit, postquam eos ut mendacii et peccati amatores, ut non credentes vero ac recto, notavit, seque indicavit talem, qui loquebatur veritatem, sic progreditur Dominus: equidem veritatem dico, attamen mihi non creditis. Quare non creditis? Siquidem jure non credatis, afferre potestis argumenta me non loqui veritatem. Quis vestrum me peccati convincit: quis vestrum argumenta proferre potest me violasse veritatem, me aberrasse a vero et recto, a divino? Siquidem hoc facere non possitis, si quidem me jure accusare non possitis veritatis violatae, peccati perpetrati, atque ipsi affirmare debeatis me loqui veritatem, quare mihi non creditis? Jure huic effato magnum tribuitur pondus, quum — sup-

1) Hasius in libro de Vita Jesu observat: „Er hat dieses Selbstbewusstsein (se sc. esse sine peccato) angesprochen: theils in der Aufforderung (Joh. VIII:46), ihn einer Sünde zu ziehen, die sich zwar zunächst auf Irrthum und Täuschung bezicht, doch gründlich betrachtet und nach hellenistischen Sprachgebrauche mit der Reinheit des Herzens zusammenhängt, und durch denselben Apostel überliefert ist, der bei allen anderen das Ableugnen der Sünde für Selbstdäuschung erklärt 1 Joh. I:8.“

positio enim simulationis saeculo praecedenti est propria — testimonium edat de conditione Jesu perfecta atque impolluta. Praeterea ratione habita doctrinae S. auctorum, qua semper peccatum describitur ut profluens ex ineredulitate, hoc effatum efficit, ut perfectiōnem moralem religiosamque agnoscamus videamusque praestantiam ejus.

Omnia, de quibus hucusque egimus, effata etiam saepius sunt tractata, multisque locis recipere poteramus aliorum conclusiones, provocare possumus, quoad res, quas praeteriimus ad antecessores: ad aliam classem nunc transeamus, cuius effata quum praecedentia docerent positive Jesum fuisse ἀναμέρτητον, negative excludunt quod ad notionem τῆς ἀναμερτησίας non pertinet nostroque ergo consilio itidem magni sunt momenti. Horum dictorum primum invenitur Job. V : 19, coll. V : 30, ubi Jesus affirmat se nil facere posse ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιῶντα, quidquid enim facit Pater, idem facit Filius δύοτος. Sunt versiones, quae reddunt illud τι in apodosi per „illud”, ita ut sensus sit: quid facit Pater, etiam Filius imitari potest, s. a. v. exemplaria facere Filius potest Patris sui operum. Illud effatum singulare sane haberemus, siquidem regulis grammaticae illo sensu intelligi deberet, methodus vero tantum remissa interpretandi hancce approbabit versionem. Verborum sensus hic est: Filius potest — utrum hic significetur potentia moralis an physica, adhue in medio relinquimus — facere nihil (sive factum unum per se spectatum intelligitur sive universe omnis actio), a se ipso, a Patre separato, nisi facientem Patrem videat quiddam,

s. vocem s. actionem, quod enim Ille facit, idem et facit Filius itidem, eadem ratione, iisdem motus principiis. Opinionis qua *οὐ δύναται* sensu physico sumendum esse statuitur oratio pugnat contexta ac membrum alterum. Accusatur a Judaeis Jesus 1°. violati Sabbathi, et 2° blasphemiae semet ipsum Deo similem faciens. Ut propulset crimen primum, provocat ad Deum, Patrem suum, qui operatur semper, etiam die Sabbathi, mentio igitur nulla fit potentiae physicae, rationis tantum, qua illam exerceat vim; propulsari crimen nequit provocando ad Dcum qui easdem facit actiones, sed modo ad Eum, quatenus eandem agendi rationem sequitur, iisdem addictus est ethices principiis. Quod pertinet ad alterum, crimen ei fere eodem modo respondet. Unoquoque in actu, unoquoque verbo Deus patescit — ecce Domini nostri argumentationem — eadem principia; apud Eum, ut naturam absolute perfectam, cuivis actioni adest eadem causa, nominis sui e. g. gloria creaturarumque salus. Idem invenitur apud Filium qui cum Patre est unus. Poscit itaque orationis contextus interpretationem hujus *οὐ δύναται* ethicam. Sed etiam membra alterius sensus hoc postulat. Nisi Filius Patrem hoc illudve facientem videat, etiam ipse nihil facere potest, omni in actu s. verbo primum observare debet, qua ratione agat Pater ut tum demum, quidquid viderit, imitetur — num revera hoc Dominus significare voluerit? Potius hoc significat: nihil facere potest Filius a se ipso, quum tantum agat suis e principiis, nihil enim ut Patris consilia promoveat (hic tum eandem reperimus oppositionem quam et in precibus: „Pater! non mea voluntas fiat, sed tua!”)

Luc. XXII : 42), siquidem Patrem facientem aliquid videat, observet principia, quae Pater in omnibus, quae perficit, sequitur, etiam ipse potentia fruitur ethica patefaciendi itidem in omnibus eadem principia, quidquid enim, ecce hujus effati fundamentum, facit Pater δύνασθε facit et Filius. Quid nunc e verbis Jesu sequitur hac ratione intellectis? Affirmat Jesus Patris principia se novisse officiumque suum morale, eo ipso ipsi impositum, secundum ea agendi, ita ut nulla necessitate magica esset coactus ad obediendum voluntati Dei, sed sponte animi sui ac conscientiae suac vocem sequi posset. Sed plura etiam huic effato insunt. Nisi Patris sui opus videat, nisi novet principia, quibus Pater ducitur, Dominus nihil facere potest a se ipso. Illa cognitio igitur ei necessaria erat ut bene agere posset: an esset superlatio, si contendimus huic cognitioni adplicanda esse quae alibi invenimus, eum in valescere, augeri σοφίᾳ Luc. II : 52, magis magisque corroborari πνεύματι Luc. II : 40? Effatum illud si quam maxime memorandum est, itidem gravissimum est dicendum, quod legitur Joh. X : 18. Ibi declarat Jesus neminem sibi eximere ψυχήν suam, sed se ipsum eam deponere, quia eam et deponere et iterum recipere optime potest. Affirmat Jesus frui se potentia ut deponat vitam, et vitae suaे finem imponat. Sententia qua hic Jesus significare voluisse statuitur se manu ipsius sua imperfectum iri, refutatur oratione circumjecta, quae nos docet priora verba ita esse intelligenda, ut Jesus declareret se frui potentia morali, qua Patri in mortem usque obediret, Eique in omni-

bus obtemperaret. Cujus potentiae moralis indoles addito ἀπ' ἐμαυτοῦ quodammodo illustratur. Illa enim vis ethica Domino haud erat quaedam res extrinsecus mechanice allata, in ipso contra potentiae erat fons, qua fidei suae probationem mundum superantis praebet. Verba, quae sequuntur, quibus affirmat Jesus se frui potentia qua iterum reciperet vitam, non significant illum contendere se e mortuis semet ipsum posse recusitare, sed se vitam posse recipere. Sicut autem enuntiatio „vitam deponere” non vitae propria manu finem imponere indicat, sed modo aliis necantibus tacitam subjectionem, sic et „vitam recipere” haud significat resuscitationem e mortuis propriam, sed alio, Deo sc., reddente vitam, acceptionem illius ex manu Ejus. Hoc modo tantum τὴν ἀναμάρτητον loqui posse, nullum e mortalibus hac re cum posse imitari, absque ullo est dubio. Sed attendamus ad lucem, quae hisce verbis Domini indolem nobis depingit. Illa mihi indicare videntur, praestantiae ejus moralis fundamentum haud esse tribendum causis q. d. supranaturalibus, natalibus e. c. e Spiritu S., tantummodo puritati ejus morali, illudque derivandum esse ex ejus perfectione ethica ac religiosa. Opinionem qui contrariam defendendam statuunt, attendant ad vocem ἔξουσία, quae vulgo continuitas dicitur vitae moralis, et ad paraphrasin, ut ita dicam, quam nostrum in effatum vs. 17 invenimus. Ibi affirmat Dominus se amari a Patri, quia deponit vitam suam, quia non resistit, sed obedientem se subjicit voluntati Dei sibi notae. Rei ex indole sequitur hujus amoris continuo desinere fundamentum, quod si non vis ethica a Jesu ipso acquisita, sed vis mechanica,

supranaturalis cum coegerit ad bonum. Hacc obser-
vatio affirmatur verbis ultimis commatis 17: ἡνα πάλιν
λόβω αὐτήν: ita ut, vita deposita, ad eam recipiendam
sit idoneus, aptus. Sequitur hisce eum amari a Deo,
non quia vitam deponat, sed quia hac ratione depo-
nat, eadem enim ratio eum aptum reddit ad eam re-
cipiendam e manu Patris sui. Num illa vis moralis
quovis vitac ejus tempore eadem fuisset, an vero cre-
visset annis defluentibus? Hoc jure efficitur ex amore
a Deo Jesu praestito: et ille amor aenigma erat atque
omnino fundamento carens, quod si illa vis moralis,
illa continuitas extrinsecus esset allata, copia quae
sine explicatione semper est cadem. Efficiebatur illa
perfectio, ut ex rei indole sponte sequitur, primo loco
hujus potentiae moralis ac religiosae, ei natura pro-
priae, conjunctione cum mundo ejusque consuetudine,
promovebatur, perficiebatur, omnino perfecta reddeba-
tur pugna cum peccato mundoque ineunda. Hoc enun-
tiatum est S. auctorum effatis, quorum veritas Jesu
testimoniis ipsius est conspicua, atque itidem ab au-
ctore epistolae ad Hebraeos docetur, quum contendat,
Jesum patiendo didicisse obedientiam. Respicio locos,
quales Joh. XII: 27; Luc. XII: 50; Matth. XXVI: 38,
39 et 42; Luc. XXII: 42. Apud Johannem dicit Do-
minus: „nunc mea anima est commota, et quid di-
cam: Pater! me hac ex hora eripias? Sed propterea
in hanc horam veni.” Hoc dictum nobis ostendit
Dominum pugnantem cum impetu sensibilitatis, quae
cum adhortabatur ut mortem effugeret, quam mortem
Dominus norat necessariam esse in mundi salutem.
Mortis metus eum aggressus est, idque quam gravis-

sime¹⁾). Satis superque igitur patet Dominum nostrum, antequam victoriae particeps fieret, graviter pugnare oportuisse. Quam autem pugnam, praeter victoriam, etiam alios, imo maiores tulisse fructus, ex ratione sequitur qua quodvis considerandum est proclum contra incredulitatem et peccatum. Secundum Lucam affirmat Jesus: „baptismo autem initiandus sum, et quomodo commoveor donec sit perfectus.” Quod „commoveri” *συνέχειαν* non est intelligendum tamquam cupiditas, sicut putavit Euthymius Zigabenus, sed tamquam metum exprimens humanum, qui metus vero supponit pugnam. Qua in pugna postquam reportavit victoriam, aucta est subjectio ejus ac patientia. Hicce effectus proelii, a Domino in terra contra peccatum et sensibilitatem ineundi, splendide conspicuus est victoria egregia, quam reportavit secundum relationem pugnae in horto Gethsemanitico, cuius pugnae ratione habita attendamus ad totam Domini nostri vitam. Illa enim vita, qualem primo loco nobis de pingunt Synoptici auctores, deinde quarti Evangelii auctor, nobis praebet fontem uberrimum, e quo Jesu characterem cognoscamus.

„Mundus ut sciat,” sic loquitur Dominus, „Patrem a me diligi, et me facere, sicut mandavit mihi Pater, surgite, ut hinc abeamus,” quae autem verba inscriptionem vocaremus totius ejus vitae. Parentibus ejus subjectus puer et juvenis, Deoque obtemperans

1) Jure Lückius: „Denkt man sich den Tod des Erlösers zugleich als die Spitze seines Kampfes mit der sündigen Welt, so bekommt er selbst für das heilige Gemüth ciue erschütternde Gewalt.”

proiectus est ad aetatem, qua magnitudo ejus ethico-religiosa quam maxime egregia in lucem prodiret. Baptismo cum initiaretur sese praestitit paratum ad exsequendum omne quod jus est, quo facto cum implevit Dei Spiritus corroboravitque. Viribus ethico-religiosis valde explicitis et patefactis inimico, qui cum mox fortiter aggressus est, Matth. IV, resistere potuit, clade integra ei allata. Quum nequaquam venisset, ut legem redderet infirmam, impuberibusque annuntiaret anarchiam, regni coelorum adventum praedicans, legem ipsam eximere studebat forma ejus temporali, revelare principia ejus, ita ut homo, liberatus a vinculis legis, liber factus veritate, libens sponte exsequeretur Dei voluntatem. Ubique, in primis tamen ethice ac religiose lucem attulit, reduxit hominem ad veram relationem cum Deo, effecitque ut postea versari posset in consuetudine cum Patre Coelesti, ei attulit peccatorum condonationem, justitiam, sanctificationem. Omnibus favens totam regionem perlustravit, εὐεργέτῶν. Nemo qui eum relinqueret inauditus, nullus omnino dies, quo unquam erat otiosus. Mundus peccatumque quum eum aggredierentur, stetit, nihil prorsus recessit, imo, hora sua quum venisset constituta, Patri ad finem usque obediens, quominus perpessionum calicem ad fundum exhauriret, haud recusavit. Valde eum premebant tentationes, in primis ea nocte, quae morti praecessit. Gravissimae postquam temptationi, in qua a Deo petiit ut passionis calix a se removeretur, gloriose restitit, nullo omnino temporis momento amplius dubitavit quin Illi se subjiceret, qui sibi imponeret passionem. Licet ei cruce fixo mortis passio querimoniam: „Deus mi, Deus mi!

quare me deseruisti?" ciceret, reverentia et venerati-
one cum admiramur, quippe qui vel illis perpessioni-
bus non succubuerit, sed vim mortis gloriose vicerit.
Haec omnia si optime memoria teneamus, cum Ca-
japha, alium autem prorsus ad finem, profiteamur ne-
cessere est: *τι ἔτι ἐχομεν παρτυρίας χρεῖν;* quum ex ore
Jesu ipsius audierimus, Deum ipsum in se conspicuum
in lucem prodiisse. Quorsum plura? Num necessarium
est quamvis vitae ejus partem indagari indeque colligi
argumenta quibus probetur Jesus fuisse *ἀναμάρτυτος?*
Graviter me fallere possem, sed tot antecessorum
ratione habita haud opus est. Afferri quoque possent
inimicorum ejus odium, qui puritatem vitae ejus ag-
gredi non auderent, Pilati, Joh. XVIII:38, XIX:4,
uxorisque ejus Romanae testimonium, militis apud cru-
cem dictum clarum, Judae desperatio, quibus addatur
totius Jesu individualitatis q. d. impressio Joh. XVII:4.
Ille vero, qui fiducia magna auderet rogare: quis ve-
strum me peccati convincit? haud enim metuens, ne
quis enim falsi convinceret, eoque ipso omnium obtu-
raret adversariorum os, critica sane haud eget pusilla
actionibus suis. Vertimus argumentum omnesque ro-
gamus ut ostendant, Jesum revera peccasse: argumenta
eorum qui hoc contendunt postea accurato examini sub-
jiciemus. Nunc autem ad doctrinam Novi Foederis
scriptorum de Jesu Christo *ἀναμάρτυτω* nos conferimus;
persuasissimum enim nobis est de tali arguento apud
eos haud frustra quaeri effata.

§ II.

S. auctorum de Jesu ἀναμαρτήτῳ effata.

a. Pauli apostoli doctrina.

Saepius observarunt varii in Pauli apostoli epistolis, quae aliis sane comparatae extensae sunt, pauca nobis obviam ire, quae certe ac definite ad Domini nostri personam pertineant, quia quod lectoribus suis commonefaceret hac de re, parum haberet iis ignoti. Eo majoris aestimemus quodcunque adest, eo accuratius attendamus, ut nil nos effugiat etiamsi per se spectatum nullum habeat pretium singulare¹⁾). Haud necesse est, ut repetamus, etiam hic semper eundem citandi ordinem servari.

Justus declaratus ἐν πνεύματι dicitur Jesus 1 Tim. III : 16, cuius effati sensus hue redit, adversus incredulitatem Dominum probatum esse justum, idque spiritu. Haec autem justitia, illa conditio, quam hominem decet Deusque poscit, conspicua est ex iis, quae Jesus perfecit ac passus est amore motus humani peccantis generis, Eph. V : 2, semet ipso offerendo Deo sacrificio et victima in nostram salutem. Secundum Rom. XII : 1 in omnibus nostris Deo offerendis continetur cultus Dei, tradendo ei omni, nulla omnino posita conditione, quodcumque nobis sit carum jucundumve. In Christo igitur quippe qui sacrificium per-

1) Effata ex Evangeliorum auctoribus ipsis petita, nec non auctoris actuum apostolorum singulatim non indagabimus. Modo conferantur Act. III : 14, VII : 52.

fectum, vitae suae sacrificium Deo obtulit, vera perfectaque religio humano generi patefacta est. Hanc Deo sacram Jesu vitam apostolus Rom. VI : 10¹⁾) comparat cum τῷ semel peccato mortuum esse, quo e parallelo satis superque Domini character perfecte moralis in lucem prodit. Hanc vero sententiam VIII : 3 sic exprimit, Dei Filii adventum in carne peccati secum tulisse condemnationem, quod autem effatum omni sua probandi vi omnino careret, nisi ille adventus plenum posuisset antitypum peccati. Quo effato effecta impressio etiam affirmatur atque augetur verbis illis claris epistolae ad Corinthiacos secundae V : 21: τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἀμαρτίαν, ὅπερ ἡμῶν ἀμαρτίαν ἐποίησεν, quorum pars ultima interpretibus attulit labores permagnos gravioresque. Qua de parte comparata cum Gal. III : 13: Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὅπερ ἡμῶν κατάρα egerunt multi, inter quos duos ferc ante annos vir cl. Hoekstra. Quaestioni, quali ratione dicatur Jesus a Paulo κατάρα et ἀμαρτία, respondet, Jesum, ut nos a legis exsecuratione servaret, non tantum devotum factum esse, sed quod gravius etiam est, ipsum exsecurationem, ita ut δικαιοσύνη θεοῦ nos fieremus in Christo, quem ad finem non tantum peccator factus est, sed quod etiam gravius est, peccatum ipse persona sua. Quod attamen ei tantum ita esse vi-

1) Licet Apostolus alibi (Rom. VI : 2) affirmit se et alios, quippe qui per fidem, Christo habitam venissent in veram relationem cum Deo, itidem peccato mortuos esse, nostra hacte sententia non evellitur. Etiam ex hoc loco patet, Jesum perfecte moralem ac religiosum fuisse e mente Pauli; contendit enim apostolus, per Christum demum nos idem fieri posse.

detur, qui adhuc agens cogitansque ex legali conditione unumquemque, qui homines legis vinculo liberare eamque efferre cupit ad principium spirituale, considerare solet quasi factus sit peccatum ipse persona. Talis enim non tantum unum s. plura legis mandata violare censendus est, legem violat ipsam, lingua humana nomen non habet eo dignum, qui tali ratione peccato semet similem redderet. Aliam nostri effati interpretationem defendit cl. Scholtenius, qui illud *ἀπαρτίαν ἐποιησεν* hoc sensu explicat: Fecit Deus Iesum peccatum i. e. quasi ipse esset peccator, peccatum imo persona sua, miseriae, quae peccato humano generi est allata, simul subjectus. Idque ut vivens ac moriens veram justitiam, quae Deo valet, in lucem ederet, nosque in eo i. e. in consuetudine ejus fieremus justitia Dei, participes verae, Deo valentis, justitiae. Quo facto Deus, sanctitate sua illaesa, nos tamquam justos considerare potest.

Harum utriusque interpretationum argumenta in medium proferri possunt, quamquam contra illam hoc pugnet, Jesum non dici factum esse peccatum, sed id factum esse a Deo, quo hoc oritur dilemma sive significari peccatum realiter Deo existens, sive modo specie, quasi esset peccatum. Utram autem defendimus, minus ad rem refert, hoc enim constat Paulum dicto suo, Jesum nullum novisse peccatum, docuisse hunc nullum fecisse peccatum.

Qualis ille est, qui nullum unquam novit peccatum, qua ratione proponendus est? Ut aliquid cognoscamus, indagare debemus naturam ejus; ipsi id primum videre sive experiri debemus, de quo ex-

perientia docti judicare poterimus. Qued si universe verum est — vel in factis dijudicandis historicis, quae ad praeteritum spectant, experientia desiderari nequit — itidem est verum, si animus cuiusdam criticae subjiciatur. Nullum Jesus neverat peccatum, quia de eo sua doctus experientia judicium ferre non posset, voicesque illecebrarum apud eum semper fuissent inauditae, peccatiisque blanditiae mundique præstigiae apud eum haud resonarent. Hoc testimonium apostolicum nobis magni est momenti, docet enim, Dominum non tantum evitasse omnes actus pravos, impia verba et sententias improbandas, sed etiam, quod simul majorem denotat vim moralem, omnes suffocasse cupiditates pravas in ipso ortu, vi privasse omnia arma sensibilitatis peccatiisque, nil omnino inimico reliquisse, jure meritoque igitur a Paulo nobis proponi tamquam eum, qui nullum prorsus neverit peccatum. Quam veritatem aequa graviter enuntiat apostolus Gal. II : 17. „Siquidem nos,” ait, „qui in Christo justorum ordine collocari cupimus, et ipsi reperiamur peccatores, num ergo Christus peccati servus est?” „Procul absit, fortiter respondet talem conclusionem statim arcens. Sine peccato vixit Christus, menda, quae omnes polluit, eum modo non polluit. Sed plura etiam in censum veniunt. Fides quam maxime perfecta habitabat in animo Domini. Iterum Paulus hujus mentionem facit. „Sicut enim illius unius hominis inobedientia multi collocati sunt peccatores, ita et multi unius obedientia justi colloca-buntur.” Adami inobedientia, de qua hic sermo est, si de uno facto intelligenda esset, et e vi parallelismi ctiam Christi obedientia de uno tantum facto singulari,

illud sane effatum probandi vi universa careret, absque vero dubio norma universa, principium significatur, quo uterque in agendo ducebatur. Sicut Adam notus est inobedientia sua — et, licet S. Litterae nullam faciant mentionem actionum plurium inobsequentium Adami, hoc sane certum est hominem, qui adhuc peccato ejusque vi ducitur, tantum notari incredulitate — sic et principium vitae Jesu, omni omnino tempore conspicuum, plena erat subiectio Patris voluntati, et, quamquam illi subjectioni atque obedientiae praeire deberet pugna gravis ac molesta, nihil ei gravius erat sive difficilis, causa enim constantiae ejus fides erat invincibilis. Conf. Rom. III: 22, Gal. II: 16, 20; Phil. III: 9 coll. Jac. II: 1, Hebr. XII: 2. Ut summa hujus fidei, illius obedientiae, religionis Jesu denique consideranda est mors ejus Phil. II: 8, quum haec mors sacrificium esset obedientiae perfectae et subjectionis Dei voluntati. Verae religionis character perfecta est sui abnegatio, ut peccati natura studium sui. Quam nobilem sui abnegationem in vita Domini omnibus numeris splendentem videmus. Vita illius, qui non venerat, ut ipsi alii servirent, sed ut ipse aliis serviret, tota erat ad ultimam usque horam passionis pugnaeque scena. Corpus ejus dicitur $\sigma\alpha\mu\alpha$ $\tau\eta\varsigma \sigma\alpha\mu\delta$ — quatenus Eduardus Reuss¹⁾ hanc Pauli doctrinam exposuit, ei plane assentior — Coll. I: 22 coll. Rom. I: 3, VIII: 3, 1 Tim. III: 16, quo ipso plena indicaretur corporis ejus cum nostro similitudo et facultatum et egestatis. Cujus corporis effectus etiam $\alpha\tau\theta\epsilon\pi\epsilon\iota\alpha$, 2 Cor. XIII: 4, suae erant, quibus non tantum poterat

1) Histoire de la Théol. Chrét au siècle, apost. 1852. t. II. p. 97. sqq.

pati, sed universe omnibus subjectus erat corporis indigentias. Quam ob conditionem subactus erat legis jugo, Gal. IV:4, morti, Phil. II:8, et passioni 2 Cor. I:5, Phil. III:10, Coll. I:24, idque non modo animi concitacionum, sed universe omnium dolorum, injuriarum et persecutionum, ei a mundo impositorum. Hisce omnibus se subjecit amore ductus erga genus humanum, Eph. V:2, ut homines a Deo justi possent considerari, atque existeret peccatorum nostrorum remissionis cautio. Ab illo, homine perfecto, tantum una proprietas, peccatum, aliena erat, religio enim perfecta ejus illud omnino excludebat. Vita ejus perfecte pura ac religiosa, quae nobis patefecit Patrem, perfecta erat imago Illius majestatis. Nos autem decet ei similes fieri fide in eum, Rom. VIII:29, 2 Cor. III:18, ut igitur sit primogenitus fratres inter multos, quod enim Jesus unitate sua cum Deo, vinculo areto, quod ei cum Patre suo intercedebat, jam actu perficere potuit, ad idem nos, apud quos tantum adest potentia, consuetudine ejus educere paratus est.

Roganti, quosnam fructus nobis attulerit persuasio, qua Paulum Jesum habuisse ἀναμόρητον statuimus, quem consuetudinem cum Jesu non junxerit illumque non noverit, hoc respondendum esse duco: 1° Occasio Paulo satis superque oblata erat sibi comparandi omnia quae scitu digna censeret; fontes, ex quibus peti potuit, ei copiose fluebant¹⁾; 2° Paulus cum seiret (et ex epistolis ejus optime scimus, hoc ei fuisse notum) Christum homini attulisse in religione novam lucem et

1) Conf. Gal. I:12, Eph. III:3, 1 Cor. XV:3.

eum religionem patefecisse in sua persona, etiam ei, quippe qui e nexu inseparabili religionem inter et moralitatem conclusiones efficeret justas ac rectas, haec veritas revelata erat Christum jure dici ethice patefactionem summe perfectam, in vita ejus ac persona Deum in lucem prodiisse. Quibus observatis omnibus patet, quare Pauli testimonium nobis summi sit momenti.

Altius indagare Pauli apostoli Christologiam, consilii nostri habita ratione, non necesse habeo. Propositum nostrum assecuti sumus. Paulus nos docuit Christum fuisse ἀνθράπτον, eum fuisse sanctum et justum, quippe qui in vera relatione cum Deo esset, subjectum Patris voluntati, etiamsi hanc voluntatem tantum pugnando exequi posset, verbo denique, tanquam Dei imaginem 2 Cor. IV : 4, Coll. I : 15.

β. Epistolae ad Hebraeos auctoris sententia.

Disquisitionis nostrae ratio nos dicit ad auctorem epistolae quam maxime memorabilis ad Hebraeos missae, quae e Pauli schola oriunda sibi proposuit consilium, ut Judaeos ac Judeo-Christianos certiores faceret Paulinismi. Postquam ostendit Vetus Foedus tantum esse praeparationem, ducem, typum altioris patefactionis religionis, docet deinde altiore illam patefactionem prodiisse in Jesu Christo, quem dicit effulgentiam gloriae Dei characteremque personae Illius I : 3. Rerum tot gravium causa, quas hic invenimus, effata quae pertinent ad nostrum argumentum singulatim accuratius indagabimus.

Exspectatio nostra, loco jam citato effecta, nostrum scriptorem Domini personam ethice et religiose quam maxime facere, satis superque affirmatur testatione gravissima Dominum fuisse sine peccato, IV : 15, alioque dicto, VII : 26, 27, quo Jesus affirmatur fuisse ὅσιος, ἀναντος πεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν, cui nequaquam necesse erat, sicut Pontificibus, quotidie pro propriis peccatis prius offerre victimas, deinde pro populi peccatis, quia hoc enim semel fecit quum semet ipsum obtulerit. Sanctus dicitur Jesus, sine nequitia, impollutus, quorum verborum illa minorem usum quam hoc praestant, primum enim Tit. I : 8, secundum Rom. XVI : 18 occurrit etiam de hominibus, quare nobis parum praestare possunt auxilii, quamdiu saltem non prius demonstratum est, verba, ut δίκαιος. ὅσιος, ἀγιος, ἀναντος al., ubi usurpantur de Jesu, aliam habere significationem, quam ubi tanquam hominum virtutes enumerantur. Sejunetus, separatus a peccatoribus dicitur Jesus praeterea in nostro effato, quod a Kuinoelio e. g. „a peccatoribus sejunetus, a ceteris hominibus peccatoribus diversissimus, non ex eorum numero,” explicatur ac comminuitur, epexegesis enim verborum inprimis, quae sequuntur, nobis indicant separationem definitam, non tantum idealem, eorum, qui peccatis essent polluti.

Religionem saepissime proponi sub imagine sacrificii ut exponamus, non necesse est. Inprimis instat scriptor noster, ubi Veteris Foederis scriptores veram religionem ostenderent typice, symbolice ac profetice, hanc veram religionem realiter prodiisse in Jesu Christo, quippe qui perfectum sacrificium, totius suae vitae sacrificium Deo

obtulerit, idque ἄμαρτος, IX : 14, sine menda s. vitio. Haec imago, ex sacrificiis hausta, satis superque ostendit Jesum, auctoris nostri judicio, perfecte fuisse purum liberumque ab omni peccato. Peccato tantum excepto ceteroquin in omnibus nobis similis factus est II : 17, in qua re igitur cum Paulo congruit. Scriptorem ergo hujus epistolae Jesum agnovisse tamquam ἀναμάρτητον, argumentis non amplius indiget, absque ullo sane est dubio. Itidem iis convenit, quae jam ex ore Domini ipsius didicimus, hunc sensim sensimque crevisse ethice ac religiose, nonnullisque Evangeliorum effatis. „Infans,” inquit Lucas II:40, „erescerat, se corpore suo explicabat, atque ἐπρεποῦτο πνεύματι, et alibi II : 52: ναὶ Ἰησοῦς πρόκειτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. De natura spiritus absoluta¹⁾ num revera edi potest testimonium eam corroborari spiritu, eam augeri spiritus explicatione? Num rationi congruit assertio, qua natura statuitur, in qua quodvis momentum ethico-religiosum adest omni tempore absolutum, haec attamen crescere gratia apud Deum? Utrique quaestioni cum sit negative respondendum, sequitur, scriptoris nostri judicio, Jesum etiam semper non fuisse absolutum, perfectionem ejus explicationis

1) Quam enuntiationem ut bene omnes intelligent, hoc dictum est: si quis τὴς ἀναμάρτητος *absolutae* mentionem facit, eam describere potest, s. eo sensu, ut indicit, Jesum nulla omnino fecisse peccata, s. ut proponat Jesu ἀναμάρτητον tamquam conditionem, quae sine explicatione, sino pugna inde ab initio vitac ejus semper eadem erat. Quae sententia Jesum umquam revera fuisse tentatum et ad peccatum sollicitatum fortiter negat. Jesum fuisse absolute ἀναμάρτητον affirmantes, hoc primo significamus sensu, negantes secundo.

fuisse effectum. Quum virtus, pugna acquisita gravissima, multo majoris facienda sit, quam quae absque pugna est impetrata, quanti igitur Dominus aestimandus est, quippe qui unamquamque post pugnam victoria, quam reportarat, ad novam pugnam admoneretur, quovis in proelio vinceret, eoque ipso cresceret gratia apud Deum? Num Dominus nullam novisset pugnam, num vere voces illecebrarum ab eo, tanquam a petra levi, nullam omnino ad pugnam coacto, essent delapsae, an quaeque peccati tentatio ab ipso, se ne minime quidem defendant, arecri potuisset? Sunt, qui contendant, sed contendunt, obstante omnino Novi Foederis librorum doctrina de Jesu ἀναμαρτύτῳ.

Scriptores enim, qui nobis descripserunt Christi personam eumque nobis, sicut esset, proposuerunt, loquuntur de pugna gravi ac difficiili, quae ei pugnanda erat, de sudore, qui hanc per pugnam magnae guttae tamquam sanguinis ab facie ejus in fundum defuebat, loquuntur de precibus perpetuis atque ardentiibus, ut instrumento contra tentationem, Luc. XXII: 44, in qua eodem narrante ab angelo corroborabatur. Matthaeus, XXVI: 37, nobis nuntiat de Jesu: ἦρξετο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημογεῖν, quae enuntiatio iis aenigma est inexplicabile, qui negant pugnam in Jesu fuisse, quac autem negatio formam accipit opinionis praeoccupatae, si consulamus nostrae epistolae scriptorem. Hic scriptor, qui in primis de vinculo, sacrificia inter Veteris Foederis munusque sacerdotale Christi agit, ubique fortiter tamquam sententiam exprimit suam, Christum nobis factum esse in omnibus similem, omnia quae humana sunt eum passum esse et expertum,

peccato tantummodo excepto, etiam illum fuisse subjectum tentationi atque illecebribus, qualicunque forma prodeuntibus. Eatenus gravissimum, invenimus effatum, IV:15, nos docens Christum Pontificem magnum posse affici sensu nostrarum infirmitatum omnium, eumque, nos si dolore afficimur et opprimimur, vulnera nostra bolide metiri posse, atque aestimare, novisse illum amaritudinem calicis passionis, qui nobis imponitur, idque, quia in omnibus eadem, qua nos, ratione tentatus est, ad peccatum sollicitatus, sed sine peccato, in omnibus factus est homo, humana natura omni cum sua infirmitate, angustiis ac passione etiam sua erat, peccati vox ab eo tantum numquam fuit audita, et in vita ejus nulla aderat hora, in qua victus est peccato. Quorum verborum auctor igitur sine dubio contendit, Jesum omnibus etiam numeris illecebribus ad peccatum fuisse sollicitum, quae sententia tacite supponit, Dominum revera sollicitari potuisse, quod itidem includit, in pectore ejus adfuisse attingentia, quibus adhaerere poterat peccatum. Talia quidem attingentia vulgo supponunt peccati copiam, quae jam adest, peccatis coacervatam, hic autem alia est res. Sensibilitas nota est humanae naturae, cui juncta peccata quidem efficit, sed ipsa peccatum non est. Quum Christus, peccato excepto, omnibus numeris esset homo, etiam sensibilitas ejus erat, etiam cum sollicitabat ad peccata sensibilitas. Contra eam etiam ille pugnare debuit, graviter pugnare, donec perfectam victoriam reportasset. Quum nobis in omnibus similis factus sit, etiam vires ejus se explicabant; auctis illecebribus, etiam simul altius

crevit perfecta puritas ejus et obedientia Deo praestita, ad altitudinem usque, quam nos tantum admirari possumus. Res, qua illius perfectionis moralis ac religiosae particeps fuerit factus, secundum Novi Foederis librorum doctrinam passio ejus fuit, ea in primis quae eum ad Golgotham duxit, idque autem non solum. Tota vita ejus pugna dici potest passioque continua, ei enim praeter dolores corporis gravior etiam passio erat imposita, animi passio. Nonne animus ejus gravissime commoveretur, quum illi, erga quos semper testimonia sincera amoris ac benevolentiae ediderat, qui hucusque sui fuerant, eum relinquenter, modoque remanerent apostoli? Quum e discipulis unus, cui prae caeteris laborem operamque impenderat, ab ancilla interrogatus, cum socordia abnegaret, affirmans se eum haud novisse? Sufficit autem. Jesu passio, ecce quod statuimus, ei via erat ad perfectionem, ad explicationem. Haec etiam opinio est auctoris nostri, dicentis II:10: ἐπεπει γὰρ αὐτῷ (sc. τῷ θεῷ) τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειώσαι. Discriumen ἐπεπει inter et δεῖ ut exponamus non necesse est, quia, etiamsi non esset absolute necessarium Dominum fieri passione perfectum, hoc tamen effati nostri auctoritate revera factum est. Nostra in disquisitione modo explorandum est, quidnam factum fuerit revera, num, et qua ratione fuerit Christus ἀναμόρφωτος, haud vero, utrum deceret Deo, an esset necessarium, Christum id fieri hoc illo modo. Christus igitur passione sua pervenit ad perfectionem, passione perfectus est. Quae autem sententia, licet sit quam maxime simplex, licet Novi Foederis

auctoribus de ea sit persuasissimum, a multis negata est, atque negatur. Assentiantur quidem, mortem Domino transitum fuisse ad gloriam splendidam, mortem demum ei stravisce viam ad gloriam, sed agnoscere recusant illam mortem illamque passionem, quae morti praecessit, praeparationem fuisse necessariam, qua hanc reportaret victoriam plenam de peccato, qua hancce assequeretur perfectionis moralis ac religiosae copiam, quia hac opinione honorem statuant comminui, Domino tribuendum. Sententia, propter fundamentum quo nititur — amoris ac venerationis Domini — magni aestimanda, attamen hanc ob causam defendi nequit, quia Jesu character nequaquam moralis ac religiosus esse desinit, etiamsi dissentiant de via, qua eum assecutus sit. Quod praeterea refert, num speremus, fore ut afferat hoc illudve effatum quandam conclusionem, quae nostrae conveniret sententiae, si Novi quidem Foederis auctores ubique adeo perspicue enuntient contrarium? Nusquam tamen magis perspicue, quam Hebr. V:8: καὶ περ ὅν νίδε, ἔραθεν ἀφ' ὅν ἐπάθε τὴν ὑπακοήν, ubi nobis tamquam in speculo Domini explicatio moralis sensim sensimque progrediens clare depingitur. Auctor postquam vs. 7 exposuit pugnam gravem, a Jesu cum sensibilitate initam, Deo lacrymis precibusque oblatis, affirmat vs. 8 eum, etiamsi revera esset Dci Filius, attamen ex passione didicisse obedientiam. Quocunque quis discere, assequi debet, nondum suum erat in conditione anteriori. Si vero quis ex hac veritate argumentum efficere vellet, Jesum igitur tempore vitae suae anteriori non praestitisse obedientiam, opinor tum sensum illius ὑπακοῆ magis quam par est determinari:

vox enim τελεωθεῖ; in vs. 9 mihi indicare videtur, in vs. 8 significari obedientiam in omnibus rebus vitae absolutam, nulla omnino pugna amplius acquirendam. Talis obedientia passioni non praecessit, sed effectus ejus fuit. Illa obedientia summa praestantia est moralis et religiosa, quam Jesus secundum hoc testimonium assecutus est, quam vero assequi non potuissest, nisi passione mortis obedientiam praestitisset summam.

Hujus epistolae ratione habita satis patet illius auctorem optime fuisse versatum in rebus theologicis, utpote qui, licet in nonnullis Paulo cedere debeat, attamen alte penetraverit in veritatem Christianam sibique comparaverit magnam doctrinae copiam. Quisnam fuerit nescimus, sed ratione habita illius operis testimonium, quod de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ impensis edidit, nobis summi est momenti, significationis permagnae.

v. Petri apostoli testimonium¹⁾.

Ex conditione miseriae, in quam delapsum est genus humanum, hominem a Christo servari, et morte ejus liberari, docet Petri epistola, imagine sumta ex Veteris Foederis sacrificiis, quae sine vitiis esse debebant. Respicio testimonium, I:19, ubi mentio fit Christi ut ἀπνοῦ ἀμάρου καὶ ἀσπίλου. Qui ἄμωμος dicitur, purus est omnino atque immunis omnibus vitiis, quavis

1) Ad primam tantum respicio epistolam Petrinam, quia altera nihil exhibet, quod in nostros usus convertere possumus.

macula, labe s. vitio, quod alibi Eph. I : 4, Coll. I : 22, Jud. 24, Apoc. XIV : 5 eadem voce de credentibus affirmatur. Idem indicat vox ἀσπιλος. Hoc loco Jesus igitur dicitur liber omnibus maculis ac vitiis, quemadmodum debebant esse victimae secundum legem Mosaiicam. Indicatione non indiget saltum a puritate externa, quemadmodum debebant esse victimae, quae ad sacrificium destinatae erant, ad internam puritatem et sanctitatem semper audacem esse, immunitatem externam per se spectatam nequaquam semper internae junctam esse. Petro tamen fuisse persuasissimum in Jesu adfuisse hanc puritatem internam e notis verbis III : 18 sequitur, ubi legimus Christum etiam semel passum esse pro peccatis, justum pro injustis. Ex oppositione sequitur vis illius effati. Dominus etiam alibi vocatur illo nomine, in epistolis Johanneis, in act. app. III : 14, VII : 52, Luc. XXIII : 47. Num vero illis testimonii, quae nobis proponunt Dominum ut δίκαιον et ἄγιον, certa designantur indicia, quum etiam alii ab s. auctoribus dicantur his nominibus, Josephus e. g., Matth. I : 19, δίκαιος, et Christiani in Achaea ἄγιοι, 2 Cor. 1 : 1? Haec effata, per se spectata, multum nostrae inquisitioni valere illi statuunt, qui asserunt haec verba ubi de aliis usurpantur, absque dubio habere sensum multo arctiorem. Sed asserunt, non probant. Quodsi vero illa conferimus cum testimoniorum aliorum copia, consilium s. auctorum satis superque videmus. Ubique enim character Jesu moralis ac religiosus ab iis describitur, non, qui ei extrinsecus mechanice afferebatur, non ut factoris supranaturalis effectus, contra ubique

tamquam ei naturâ proprius, humanitatis verae et perfectae effectus. Quod imprimis observari potest, quoniam omnes proprietates morales ac religiosae, quibus Jesus distinguitur, dicantur in consuetudine ejus et in alios posse transire. Nos possumus fieri ἀγιαζομένοι, sed Jesus est ὁ ἀγιάζων; ille ὁ ἀμπελος, nos τὰ κλήματα; ab eo et in consuetudine ejus sumus Dei liberi, ille tamen non sit, sed est ὁ νίστης; homines ἀνωθεν γεννώνται, ille ἀνωθεν ἐρχεται; nos fieri debemus ἀγιοι, δίκαιοι et ἀστοι, ille nulla prorsus vitae suaे hora hoc non erat. Qua in re igitur discrimen quaerendum est, alios fieri debere et posse in consuetudine ejus quod ille est — discrepant ergo ethice ac religiose gradu, non specie. Hanc ob causam nobis non persuasum est, has proprietates, Novi Foederis auctorum judicio, sensu absoluto Jesu tribendas esse, illas ei fuisse proprias, omni omnino exclusa explicatione. Jesus sanctus erat, justus, purus, quod nullus s. scriptorum negat, sive in dubium vocat, occasione contra oblata hoc, ut sententiam suam positive indicare solent. Qui vero contendunt ex his etiam sequi, eos sibi proposuisse has proprietates totam per vitam ejus absolutas, omnibus numeris, sensu vocis latissimo, sine quavis explicatione, negligunt sane contra hanc opinionem, parallelum praeter alios homines inter una, Jesumque altera parte, quatenus illi illisque nomina tribuuntur ἀγιοις ac δίκαιοις, etiam obstare effatorum copiam, quae explicationem Jesu moralem religiosamque satis superque docent.

Aliud effatum, II:22, partem designat gravem nostrae inquisitionis de Novi Foederis auctorum de Jesu

Christo ἀναμαρτήτῳ doctrina. Consulentibus orationem contextam, nobis videtur in Petri argumentatione inveniri nota certa, quae indicat virtutem voluntariam, victoriam de malo, factoribus externis exclusis. Christus vs. 21 proponitur ut exemplum, cuius vestigia nobis premenda sunt; continuo exemplum vim suam amittit, quod alii assequi nequeunt; nunquam, ludibrio nisi adhibito acerbo, homini objicitur lapis ut constantiae imago. Ex argumentatione apostoli sequi ergo videtur, eum dicto „qui nullum fecit peccatum” altam suam notare admirationem Domino, quippe qui semper reportasset de peccato victoriam splendidissimam, de quo affirmari vere potuit eum nulla omnino vitae suae parte sensibilitati satisfecisse, spiritu semper carnis cupiditates victas esse. Nulla inventa erat in ore ejus fraus, nullum mendacium labia ejus inquinaverat: purum immuneque semper fuerat eorū ejus¹). Vis hujus effati augetur in vs. 24, ubi Christus dicitur in cruce tulisse peccata nostra i. e. nostrorum peccatorum, ipse enim ἀναμαρτητός erat, poenam. In fine dicti, de quo jam egimus, III : 18, dicit apostolus Domini passionem mortemque fuisse victoriam de carne, vitaque spiritualis explicationem. Recte Griethuyse-nius²) verba Petri sic explicat: „necatus ita, ut caro

1) Ihasius vulgo parvi faciebat haec taliaque testimonia apostolorum de Jesu charactere, quippe qui tantum observare potuerint Jesu vitam externam, neque vero ipsum characterem examinare. Sed memoria teneatur S. scriptorum effata tantum inservire ut referant impressionem, quam accepissent a Domino discipuli.

2) „De notionibus voc. σῶμα et σάρξ in N. T. intrep. distinguendis p. 67. Cf. J. I. Doces „Exegetische studien over 1 Petr. III : 18—IV : 6.” (Jaarboeken voor Wet. Theol. VI. p. 323.)

vivendi principio ei non amplius esse posset; in vitam restitutus, ut Spiritus vivendi principio nunquam ei esse non posset, sermone vernaculo voor het vleeschelijke et voor het geestelijke.”

Ita vixit Christus, sic passus est, sic mortuus, ut ipse sanctus cum esset nos duceret ad Deum.

*3. Johannis, Evangelii et Epistolarum
auctoris, judicium.*

Disquisitioni de theologia Johannea, sive de ea agatur universe, sive de parte quadam, semper difficultates obstant variae, quarum e numero haec est gravissima, nostrum esse ut sciamus, quaenam ab auctore ipso sint oriunda, et quatenus illius auctoris sint verba et effata, quae ut a Jesu dicta memorat. Alia est difficultas, nos pancissima tantum certo scire de quarti Evangelii epistolarumque auctore; observatio denique vera est, saepius Johannem theologum succeedere Johanni historico. Quorum autem disquisitioni nunc operam impendere non possumus, nostro quum praeterea consilio sufficiat observatio opera Johannea nobis, qualicunque considerata modo, depingere altissimae explicationis Christianae conditionem atque effecta esse impressione, quam a Christo sui accepissent.

Evangelium Johanneum ubique depingere nobis Dominum tamquam ἀνθρώπητον, sanctum et purum, nobis jam patuit, Jesu ipsius effatis rite perpensis, prima etiam epistola Johannea (aliae autem hac de re tacent) nil aliud docet. Jesus Dei ejusdemque gloriae imago personalis, in quo vita erat, Lux hominum, I : I—4,

fidelis est, justus, sanctus et purus, I:9, II:1, 20, 29; III:3, 7; quod III:5 et magis accurate definitur testimonio: *καὶ ἀμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι.* Procul dubio multo gravius est affirmari posse de quodam, nullum omnino in eo esse peccatum, quam eum nullum fecisse peccatum, nullam perpetrasse actionem pravam. Ubicunque hominis sermo fit, in quo nullum est peccatum, absque dubio significatur nulla in eo habitare principia impia, fundamentum quo actiones ejus oriuntur, haud impurum esse et pollutum, sed perfecte omnino purum, nullam incredulitatem vitam ejus spiritualem subruere. Auctores enim Novi Foederis revera docere videntur discrimen adesse peccatum inter, hominis corruptionem internam, ac peccata quae peccati sunt effectus. Hanc qui corruptionem internam omnibus impedire posset partibus, ut rei ex indole sponte sequitur, etiam nulla faceret peccata. Nostrae scientiae de Jesu *ἀναμάρτητῳ* nova igitur addita est nota; non tantum *ὁ ἀναμάρτητος* nulla facit peccata, sed praeterea a conditione prava liber est, a principio quocumque impio, quo ad agendum ducitur, ab eo prorsus alienum est studium sui.

Quorsum tamen laudemus effata singularia, toto enim Evangelio, consilioque epistolae, prologo imprimis celeberrimo satis superque exhibitibus praestantiae divinae Domini indicia, et adeo perspicue notas puritatis perfectae Jesu tribuentibus? Quod ut probarem haud necesse esse igitur duxi effatorum eligere copiam. Nonne videmus, quacumque in pagina, Verbum, auctoris nostri judicio, quod erat apud Deum Deusque erat, Verbum, cuius mentionem fecerunt Prophetae ac Poëtae diebus Veteris Foederis, quod vero exprimere

tantum potuerunt imperfecte, prodiisse in Christo enucleate hominibus, caro cum factum esset? Nonne ubique legimus, in Christo demum perfectam esse unitatem Dei cum homine? Quod cum verum sit, ut probemus Johannem habuisse Jesum ἀναμάρτυτον, effatis haud indigemus. Nobis enim jam notum est — alioquin nos ipse docebit Johannes — peccatum esse injustitiam, 1 Joh. III:4, V:17, eumque, qui divinitus natus est, 1 Joh. III:9, atque igitur in vera cum Deo relatione est, illiusque relationis perfecte est conscientia, non peccare, vel, quod gravius est, peccare non amplius posse. Quae observatio nos ad quaestione ducit, utrum, secundum duo effata 1 Joh. III:9 et V:18, Dominus potuerit peccare nec ne? Priori loco Johannes affirmat, eum qui divinitus natus est non peccare, quia Dei semen in eo est, eumque non posse peccare, quia divinitus natus est, quod loco altero sic exprimitur, eum, qui ex Deo natus est, se conservare, eumque non capi malo. Quod si tamen his ex effatis quis probare studeat Jesum tamquam divinitus natum peccare nunquam potuisse, plus quam par est probat, eoque ipso nil probat; conclusio enim tum continuo sequitur non Jesum tantum, sed etiam alios, quippe qui ex Deo nati dicantur, V:19, nunquam potuisse peccare. Quum autem quis ex Deo natus esse dicatur, ex Johanneo usu loquendi non intelligitur descensus localis, mutatio loci ex coelo in terram, verum conditio tantum moralis cordis. Hic enim verborum, de quo agimus, sensus est: unusquisque, qui ex peccati servitute liberatus, peccato vivere desiit, qui principiis dicitur puris indolisque

tantum est utrum ea per vitam ejus, in terra actam, esset sua, cui vero quaestioni illi auctores negantes respondent. Postea plura hac de re dicturi sumus. Qui τό non posse peccare Jesu tribuendum esse docent, significant sanctitatem et perfectionem absolutam, impeccabilitatem. 2°. ille est ἀναράρτητος, qui unumquodque peccatum omittere, peccato omnino liber esse potest. Quod si ille peccare dicitur, qui transgreditur conscientis sui mandata moralia, haec proprietas absque ullo dubio omnibus, nemine excepto, hominibus in abstracto attribuenda est, in concreto vero Jesu soli. Haec conditio dicitur τό posse non peccare. 3°. ille est ἀναράρτητος, qui realiter non peccavit totam per vitam suam, atque omnino liber est omnibus peccatis, sicut id tantum invenitur in vita prorsus pura sancteque peracta. Quam conditionem vocavit Hieronymus impeccantiam.

Utrumque hoc momentum conjungentes Jesum fuisse ἀναράρτητον N. T. auctores nobis proponunt. Sponte sequitur primum momentum duobus aliis prorsus pugnare. Novi Foederis auctores quatenus mentionem faciunt de Jesu ἀναράρτητῳ, ei non tribuunt τό non posse peccare. Peccare potuit, sed vere nunquam peccavit. Quamdiu certe affirmamus, Jesu adventum fuisse adventum penitus humanum, quamdiu a Docetismo alienissimi contendimus Jesum fuisse revera hominem, tamdiu negare non possumus eum potuisse peccare. Hoc effatum ubique Novi Foederis auctorum nititur testimoniis. Nobis in omnibus similis factus est, sollicitatus formis variis, saepissime ei pugnanda erat pugna gravis ac difficilis, et reportanda de peccato Victoria ardua. Idem nos do-

cet temptationis historia Matth. IV, qua vero in historia agnoscere manum ornantem traditionis, quae populi idearum erat particeps, haud est difficile. Quam temptationis historiam ex argumentis validis unum consideramus, pugnans pro nostra opinione, qua Jesum potuisse peccare statuimus. Praeterea etiam mentio fit virtutem Jesu imitandi, qui nobis reliquit exemplar, ut subsequemur vestigia ipsius. Supponas Jesum non potuisse peccare, continuo ille et nos non amplius differimus *gradu*, re differimus *specie*, mandatum imitandi Dominum ironia fit, ludibrio in miseriam humanam adhibito. Quorsum insuper — etiam enim plura ex hypothesi, quam rejicimus, profluunt — virtus Domini nostri a discipulis laudibus in coelum effertur, verbis venerationis altissimae memoratur, effatis honorificentissimis nuntiatur? Num homo forte laudandus est, qui, quum furari non potuerit, non furatus est, num laudibus effers infantis virtutem, qui quum loqui nondum posset e. g. non blasphematus est? Praecipuum argumentum opinioni, Jesum potuisse peccare, ut jam ostendimus, in facultate quaerendum est, Jesu, S. auctorum judicio, propria, qua potuerit sollicitari ad peccatum. Diserimini ab Ullmanno instituto inter τὸ posse sollicitari ac corrumphi, equidem non subscribo, quatenus contendit hoc supponere attingentia cum malo in pectore Jesu, illud non ita. Jesu enim si peccare potuerit, et attingentia adesse debuerunt, quibus adhaerere potuit peccatum, sensibilitas. Sensibilitatem ipsam non esse peccatum, peccatum quidem efficere, jam demonstravi. Ex sententia, quae, Jesu eximendo humanitatem suam, eo ipso gloriam illi tribui contendit

tantum est utrum ea per vitam ejus, in terra actam, esset sua, cui vero quaestioni illi auctores negantes respondent. Postea plura hac de re dicturi sumus. Qui τὸ non posse peccare Jesu tribuendum esse docent, significant sanctitatem et perfectionem absolutam, impeccabilitatem. 2°. ille est ἀναμάρτυτος, qui unumquodque peccatum omittere, peccato omnino liber esse potest. Quod si ille peccare dicitur, qui transgreditur conscientis sui mandata moralia, haec proprietas absque ullo dubio omnibus, nemine excepto, hominibus in abstracto attribuenda est, in concreto vero Jesu soli. Hac conditio dicitur τὸ posse non peccare. 3°. ille est ἀναμάρτυτος, qui realiter non peccavit totam per vitam suam, atque omnino liber est omnibus peccatis, sicut id tantum invenitur in vita prorsus pura sancteque peracta. Quam conditionem vocavit Hieronymus impeccantiam.

Utrumque hoc momentum conjungentes Jesum fuisse ἀναμάρτυτο N. T. auctores nobis proponunt. Sponte sequitur primum momentum duobus aliis prorsus pugnare. Novi Foederis auctores quatenus mentionem faciunt de Jesu ἀναμάρτυτῳ, ei non tribuunt τὸ non posse peccare. Peccare potuit, sed vere nunquam peccavit. Quamdiu certe affirmamus, Iesu adventum fuisse adventum penitus humanum, quamdiu a Docetismo alienissimi contendimus Jesum fuisse revera hominem, tamdiu negare non possumus eum potuisse peccare. Hoc effatum ubique Novi Foederis auctorum nititur testimoniis. Nobis in omnibus similis factus est, sollicitatus formis variis, saepissime ei pugnanda erat pugna gravis ac difficilis, et reportanda de peccato Victoria ardua. Idem nos do-

cet temptationis historia Matth. IV, qua vero in historia agnoscere manum ornantem traditionis, quae populi idcarum erat particeps, haud est difficile. Quam temptationis historiam ex argumentis validis unum consideramus, pugnans pro nostra opinione, qua Jesum potuisse peccare statuimus. Praeterea etiam mentio fit virtutem Jesu imitandi, qui nobis reliquit exemplar, ut subsequeremur vestigia ipsius. Supponas Jesum non potuisse peccare, continuo ille et nos non amplius differimus *gradu*, re differimus *specie*, mandatum imitandi Dominum ironia fit, ludibrio in miseriam humanam adhibito. Quorsum insuper — etiam enim plura ex hypothesi, quam rejicimus, profluunt — virtus Domini nostri a discipulis laudibus in coelum effertur, verbis venerationis altissimae memoratur, effatis honorificentissimis nuntiatur? Num homo forte laudandus est, qui, quum furari non potuerit, non furatus est, nam laudibus effers infantis virtutem, qui quum loqui nondum posset e. g. non blasphematus est? Praecipuum argumentum opinioni, Jesum potuisse peccare, ut jam ostendimus, in facultate quaerendum est, Jesu, S. anctorum judicio, propria, qua potuerit sollicitari ad peccatum. Discrimini ab Ullmanno instituto inter τό posse sollicitari ac corrumphi, equidem non subscribo, quatenus contendit hoc supponere attingentia cum malo in pectore Iesu, illud non ita. Jesus enim si peccare potuerit, et attingentia adesse debuerunt, quibus adhaerere potuit peccatum, sensibilitas. Sensibilitatem ipsam non esse peccatum, peccatum quidem efficere, jam demonstravi. Ex sententia, quae, Iesu eximendo humanitatem suam, eo ipso gloriam illi tribui contendit

majorem, quam opinione, qua ipsius perfecta humanitas omni suo pretio agnoscenda esse statuitur, contra hanc rei proponendae rationem argumenta sunt prolata. Illorum sententia, quae magis magisve accedit Docetismo, negat apud Jesum vinei potuisse spiritum carne, negat in eo fuisse explicationem, eoque ipso sibi proponit Christum, qui fortasse syllogismis potest commendari, nunquam vero Novi Foederis auctorum testimoniis defendi.

Ut recte autem intelligar, hac de re uberius agam. Nequaquam contendo, Jesum unoquoque temporis vitae suae puncto libertate absoluta eligere potuisse bonum inter et malum, et in fine et initio curriculi sui itidem hoc illudve velle potuisse. Ab hac sentiendi ratione Pelagianorum mea opinio quam maxime differt. Assumi potest in Jesu vita temporis punctum, quo liber bonum eligeret, quanquam contrarium eligere tunc temporis sane potuisset, quod dictum esse ex usu loquendi volo. Hac victoria de malo orta est vis moralis, exstitit vitae moralis continuitas, quae sensim sensimque augebatur, unquamque post pugnam, quam sequebatur triumphus, crescebat, quamque post victoriam invalesciebat, et ex rei indole etiam τὸ posse peccare definiebat magis magisque. Quare probabilem habeo sententiam, Dominum temporis vitae suae puncto, quo temptationem gravissimam, mortis metum, qui eum ultima nocte et in cruce omnibus viribus aggressus est, subiectus Patris voluntati, perfecte vicit, sibi acquisivisse potentiae moralis copiam summam, qua acquisita τὸ posse peccare tunc temporis apud eum revera non amplius exstitit. Paulatim, quemadmodum omnis alia

explicatio, etiam illa vis moralis crescebat potentia interna, exercebatur unoquoque impetu, unaquaque pugna, quae eam delere s. subruere studebat. T' posse peccare ethicum Jesu igitur, quatenus cresceret explicatio ejus moralis ac religiosa, catenus magis magisve evanuisse statuendum esse puto. Quod vero attinet ad τὸν non posse peccare physicum Jesu, hoc mea saltem opinione apud Dominum non erat factor efficiens ethicus. Quod si enim Jesus magis magisque peccare non posset, et victoria de quavis pugna sequenti triumpho pugnae anterioris semper fieret facilior, hoc tantum tribuendum est potentiae morali, natura ei propriae, triumpho mali acquisitae, haud vero effectui supranaturali. Quod si verum esset, Jesus non amplius esset factus fratribus in omnibus similis, experientia non novisset naturae humanae imbecillitatem, neque sensisset, neque expertus esset humanae naturae gloriam et miseriam¹⁾.

Hanc ob causam tamdiu de hac nota τῆς ἀναμυρτησίας egi, quia omnino gravissima est, et indolem Jesu perfectionis, explicationem **humanam**, nos perspicue docet. Fini quum nostri consilii jam aceedentes operi manus admoveamus, ut breviter et enucleate Novi Foe-deris auctorum doctrinam de Jesu ἀναμυρτήτῳ, omnibus quae huc referenda sunt locis bene perpensis, exponamus, primum quaestioni est respondendum, utrum, nullo sane modo adhibita harmonistica artificiali, jungenda sint Domini effata et s. scriptorum

1) Kantius in primis hoc egregie explicit in opere: „die Religion innerhalb der Grenzen der blossen Vernunft.” Ed. 1793. II. I. p. 73 sqq.

nec ne. Novi Foederis scriptorum nonnulli de hoc argumento tacent, ut Jacobus, Judas, Petrinae II ep. auctor, auctor Apocalypseos; alii eam rem tantum obiter tractant, alii uberius. Hic clarius loquitur, ille interdum subobscure, sed ex iis nemo sententiam sovet, quae aliorum opinionem refutat sive excludit: cum sibi invicem, tum Jesu effatis in summis conveniunt. Quod quum ita sit Novi Foederis librorum doctrinam de Jesu Christo ἐναρμόνιον breviter exponere possumus. Primum ergo nos docent s. auctores Jesum non peccasse, nullam omnino actionem pravam eum fecisse¹⁾, nullam in ore ejus fuisse inventam fraudem²⁾, nullum in eo peccatum³⁾, peccatum illum non novisse⁴⁾, nullas maculas, nullaque vitia eum polluisse⁵⁾, quippe qui, a peccatoribus seperatus⁶⁾, non, ut Pontifices, primum pro suis peccatis victimas sacrificare deberet⁷⁾, quia omnibus prorsus vitac suae momentis perfecte esset purus ac sanctus⁸⁾, eadem, quae Pater sequitur, principia et ipse observaret⁹⁾. Docent unumquemque quum eum, qui professus est se et Patrem unum esse¹⁰⁾, adspiceret, et Patrem vidiisse, quum ipse Patrem omnino perfecte patefaceret¹¹⁾, ac neminem eum potuisse convincere ullius peccati, quia religio quae peccata excludit, vitae ejus norma esset¹²⁾.

1) 1 Petr. II : 22¹⁾.

5) 1 Petr. I : 19.

2) 1 Petr. II : 22²⁾.

6) Hebr. VII : 26.

3) 1 Joh. III : 5.

7) Hebr. VII : 27.

4) 2 Cor. V : 21.

8) 1 Joh. II : 1, 29; I : 9; III : 7 coll. Act. III : 14; VII : 52; Luc. XXIII : 47; 1 Petr. III : 18.

9) Joh. V : 19.

11) Joh. XIV : 9.

10) Joh. X : 30,

12) Joh. VIII : 46.

Porro docent hanc puritatem et perfectionem tamquam pugnae et proelii effectum ab eo esse acquisitam, eumque igitur sollicitari et temptationi succumbere potuisse, Matth. IV, Hebr. IV:15, Matth. XXVI:37, Luc. XXII:42. Praeterea docent vitam et passionem etiam illi fuisse viam ad perfectionem, explicationem ejus ergo moralem ac religiosam fuisse plane humanam, in qua vox quidem peccati inaudita erat, sensibilitas vero sollicitare ad peccatum, tentare ad malum nunquam desiit; Jesum itaque in hac passionis schola didicisse subjectionem suam perfectam Patri¹⁾, et perfectum esse passionibus²⁾, ac crevisse annis defluentibus gratia apud Deum et homines, sapientia et statura³⁾, debuisse pugnare vitae horis memorabilibus gravissime ac difficiliter⁴⁾ atque tentatorem non tacuisse ante, quam illud „retrocede, Satana!⁵⁾” enuntiatum esset. Tandem docent eam explicationem magis magisque crescentem semper altius duxisse Dominum, omni tempore effecisse ut in conditione altiori versaretur morali ac religiosae, qua in conditione denique τότε posse peccare tunc etiam temporis, τότε deflectere ab iis quae sensus moralis tanquam vera annuntiat, existere denique penitus omnino desit.

Itaque de Iesu Christo ἀναμαρτήσω nos docent Novi Foederis auctores:

1º. Jesum nullum omnino commisisse peccatum, quia nulla incredulitate contra Deum moveretur,

1) Hebr. V:8.

4) Hebr. IV:15.

2) Hebr. II:10.

5) Matth. IV:10.

3) Luc. II:52.

- 2°. Vitam ejus justam fuisse, sanctam, Deo dicatam,
- 3°. Facultatem, qua omnes possunt peccare, ei nequaquam exemptam fuisse,
- 4°. Explicationem ejus moralem ac religiosam humanam fuisse, sensim paulatimque se patefacientem,
- 5°. Apud eum, passionibus perfectum, vita tota exercitum, τὸ posse peccare existere penitus desiisse,
- 6°. cuius tandem conditionis causam habendam esse arctam conjunctionem Jesu cum Deo.

Verus homo corpore et animo quum Jesus esset, etiam apud eum, quemadmodum apud alium quemvis hominem, post illam periodum, qua homines sui nondum conscientia esse solent, conscientia sui exstitit, qua autem conscientia experrecta omnes ortae sunt vires morales, quae cum totam per vitam semper altius explicarent atque educerent. Haec conscientia sui sicut vulgo oritur, quum res externae progressionem vitae animalis impedianc inturbatam, sive quum non amplius adsit satisfactio sufficiens indigentiae et egestati, absque ullo dubio etiam hoc apud Jesum locum habuit. Quo facto sicut sensibilitatis vox actutum tentat ad peccatum, continuo etiam Jesu exstitit necessitas pugnandi adversus illam sensibilitatem, fructusque, quos efficit. Etiam ille conscientia sui illam vocem exaudire et sinere potuit, materiem et carnem reportasse triumphum de spiritu, etiam ille conscientiae vocem violare victimamque potuit offerre ei, quem ut penitus diceret venerat in mundum. Illud autem posse apud cum numquam reale factum est, nulla in vita ejus hora indicari potest, qua vel uno momento sensibilitati permitteret, ut sua uteretur potentia. Hanc vero ad rem pugna

opus erat, in palaestra exercitio, cuius proelii effectus explicatio erat sensim progrediens. Quum infans augeretur potentia morali, ad altitudinem perveniebat, quam infans assequi potest. Juvenis adeo explicatus erat, quemadmodum illa aetate esse potest, vir adeo perfectus, adeo sanctus, quemadmodum viri viribus congruit; quaevis conditio sequens praecedentem ethice et religiose superabat. Hypothesis, homines tantum peccatis perpetrandis, effatis sensus religiosi revera violandis, posse augeri explicatione, iis vera est, qui etiam peccatum dicunt factorem necessarium in explicationis serie, et rejiciunt sententiam peccato progressionem moralem praesertim ac religiosam, nisi penitus divelli, saltem prohiberi. Illa autem opinio defendi nequit, quare statuendum esse putamus explicationem etiam fieri posse, licet homines non peccent, vel quod maius est, eos potius non peccando quam peccando promoveri. Quaestioni qua tandem ratione Jesus sese explicuerit, respondeatur, hoc praesertim factum esse perpessionibus. Idque non tantum ultima passione; tota enim vita ejus ei palaestra erat, exercitium. Si quis putet tales pugnam non cogitari posse, nisi lapsu interdum repetito, nisi clade interdum accipienda, negligit sane, secundum Novi Foederis auctorum doctrinam peccatum praesertim esse incredulitatem in Deum, quae se patefacit in violandis mandatis ethicis. Talis incredulitas in Jesu non aderat, fidei principium in eo plane conspicuum erat, quum conscientia relationis, quae ei cum Deo intercedebat, apud eum plane adesset. Qua ratione ad hanc unitatem cum Deo pervenerit, huic quaestioni existimo nullam adhuc datam

esse solutionem, quae omnes difficultates tollit. Quae res autem ipsa gravior est, quam ut de ea, quasi obiter, nullis allatis argumentis, dijudicarem. Nobis igitur sufficiat probari posse, humanae naturae legibus, quatenus nobis notae sunt, sententiam non pugnare, qua statuimus explicationem moralem ac religiosam fieri posse, etiamsi homines non peccent. Universe enim verum est, uniuscujusque vim moralem augeri, dummodo omnes tentationes, quibuscumque formis prodeentes, fortiter averruncet. Idem apud Jesus. In via passionis crescebat perpetuo vis ejus moralis, etiam tentationes enim vi invalescebant. Quo vis gradu crucem versus magis periculosac gravioresque fiebant illecebrae, quae gravissimae erant ultima vitae ejus hora. Sed et gravissimae averruncantur, tentatio ultima gloriose arcetur. Ultimac denique pugnae finis imponitur, caput lassum pugnando et patiendo, humum versus inclinat; perfectionem moralem summam, quatenus hominis finiti limitibus definiri potest, assecutus est, et ultimo halitu verba: „perfec-tum est” — vitae ejus sigillum — labia ejus esfluunt!

Hanc descriptionem quamquam longius extendere nolim, quaedam tamen de fonte, e quo ἀναμαρτυρία Jesu derivanda videtur, addenda sunt. Nostris diebus saepius affirmatur, nos de Jesu vita non habere fontes authenticos, ea vero, quae supersunt, testimonia tan-tum praebere pauca indicia. Itane vero? Concedamus multa narrari, quae traditioni tantum ornanti originem debent. Quid remanet? Evangeliorum, ita sententiae, quae multa in iis ut spuria rejicit, propugnatores lo-quentes audimus, axiopistia universe accipi potest.

Impressio generalis Domini absque ullo dubio vera habenda est, omnino vera relata. Nonnulla indicia iis, quae jam aderant, traditione addita esse, etiam mihi persuasum est, quod postea animadvertissem. Num vero hanc ob causam imago personae Domini ficta est? Fidem brutam probare, decretis subscribere Nicaeac omnibus eorumque consequentiis mallem, quam fraudem videre in imagine ejus, qui ex S. auctorum mente effulgentia est gloriae Dei et character personae illius, cuius naturae et ipsi sumus, cuius imago in nostro animo impressa est, imagini conveniens ab Evangeliorum auctorum calamo rudi et carbone designatae. Critica, nullius partis studio ducta, historica nobis imaginem ejus eximere nequit, cuius gloriam admirari solebat Rosseavius, cuius in honorem et nos, sicut Romani inculti, imo ex pectore affirmari volumus: „numquam homo locutus est, quemadmodum hicce homo.” Imago Christi, quae nobis in Evangelii conservata est, Paulum a via sua revocavit et Petrum movit, ut erga Dominum, quem prius abnegaverat, deinde per totam suam vitam se fidelem praestaret, cuius in honorem, traditionis judicio, humum versus capite inclinato cruci fixus est, veritatis argumenta interna satis superque secum fert. Idem judicium, quod hanc imaginem veritate destitutam esse statueret, criticæ interitam efficiet. Ejusmodi enim in critica acceptis principiis, veritas non amplius inveniri poterit. Sed pugno, licet mihi non propositum sit pugnare neque defendere quod nemo aggreditur. Quod non negatur, argumentis non indiget. A partibus variis agnoscitur omnem cogitationem superans eximiaque praestantia

atque perfectio divina Servatoris hominum. Hanc perfectionem Domini porro probare haud necesse habeo. Is, qui dubitat accuratius Novi Foederis scripta indaget. Quod si oculorum usu fruitur, dubium ejus desinet.

Hucusque universe id saltem concedere omnes solebant, eum, qui N. F. auctorum fidem historicam universe agnosceret, in dubium revocare non posse Jesum revera fuisse ἀναμάρτητον. Nostris vero diebus contra hanc rem argumenta prolata, alia renovata sunt. Pecautius praesertim omnem impendit operam ut Jesum non fuisse ἀναμάρτητον historice ac philosophice probaret. Quae dubia vero si excitentur studio veritatis — quod studium semper nobile dicendum est, qualemque proferat conclusiones — ea quam accuratissime examinanda sunt. Judicium Pecautii pusillum et anxium dici potest, quod probare nullo modo haesito; vel sic tamen explorandum est. Dubia, quae protulit, praesertim historica, postea exposituri sumus.

Hisce nunc peractis nos probasse contendimus, secundum Novi Foederis auctorum doctrinam Jesum ἀναμάρτητον fuisse, ac statuimus historico-critico nullo partium studio ducto Jesum talem agnoscendum esse. Duac autem tantum rationes criticum, hac disquisitione ad finem perducta, quominus hoc agnoscat, prohibere possunt, 1°. opinio, qua in relationibus Evangeliorum de vita Jesu inveniri statuuntur vitia moralia, quam sententiam Pecautius defendit; 2°. sententia, qua Jesu ἀναμάρτησίν miraculum esse censetur, quod accipi nequit quia miracula fieri non possunt.

De his dubiis Parte II. nostraes disquisitionis acturi sumus quam partem postea editurus sum. Qua parte

edita expositionem criticam Novi Foederis auctorum
doctrinae de Jesu Christo ἀνακαρτήτῳ nos absolvisse
putamus. Nunc vero ad historiam progredimur, spe
ducti fore ut fructus disquisitionis jam peractae nobis
inserviant.

SECTIO II. (HISTORICA.)

DE JESU CHRISTO ἀναμαρτήτῳ VARIAE OPINIONES

PER SAECULORUM DECURSUM.

Describere historiam opinionum variarum de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ multis sane nominibus grave ac magni momenti est. Quod si universe verum est, historiam faciem nobis praeferre quavis in disquisitione, cuius luce interdum contingit problemata difficiliora ducere ad conclusionem sufficientem, itidem omni dubio majus est, quam doctrina auctorum Novi Foederis de Jesu ἀναμαρτήτῳ jam a nobis tractata sit, nos invenire posse causas errorum, quos in exponenda hac doctrina varii commiserunt. Talis tamen historia, quam nō significamus, nondum integra adest, quare non opus est, quemadmodum alias saepius fieri solet, aliorum recipere divisiones aut refutare. Divisionem vero rectam afferre historiae argumenti nostri, haud sane leve est. Vix enim observatur in historia hujus doctrinae

explicatio perpetuo progrediens, quia neque defensio, neque impugnatio τῆς ἀναμαρτησίας Jesu periodis certis, arete definiendis, dividi potest. Methodi variae, quam cum defensores, tum impugnatores secuti sunt, ad tres quidem classis reduci possunt: ad *historicam*, *dogmaticam*, *philosopham*. Nullum vero saeculum, quo de hac doctrina egerunt, notatur sua methodo. Ratione tamen habita indolis rei, historia opinionum variarum de Jesu ἀναμαρτήσει dividenda esse videtur in quatuor periodos, quarum initium ac fines et universe et seorsum notantur suis opinionibus.

Prima periodus a Patribus apostolicis inde ad Scholasticos usque decurrit, qua in periodo imperium fore singulare methodi dogmaticae videmus. Impugnatores tantum paucos novit.

Secunda periodus ad Reformationem se extendit. Consilio apologetico imprimis in usum venit methodus philosopha, etsi haec periodus nullos fere noverit impugnatores.

Tertia periodus ad ultimam saeculi antecedentis partem usque decurrit, et editionem fragmentorum Guelpherytanorum, quorum auctor τὴν ἀναμαρτησίαν Jesu armis historicis impugnare conatus est.

Quarta periodus terminatur libro Pecautii et conamine societatis Teylerianae eliciendi disquisitionem de hac quaestione. Haec imprimis periodus multis diversis notatur opinionibus, quas accuratius describere nobis propositum est.

§ I.

PERIODUS PRIMA.

A Patribus apostolicis inde ad Scholasticos usque.

Prioribus ecclesiae temporibus a Christianis ipsis neque $\eta\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\sigma\alpha$ Jesu, neque pretium ejus singulare in dubium vocata sunt. Persuasio alta et viva, quam hac de re induerant Christiani, ex eo facile patet, quod voces, quae dubia in medium proferentes e Paganismo surgerent, tantum contentu acceptae sunt. Jesum revera $\alpha\gamma\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\tau\alpha$ fuisse, discipulis ejus omni dubio omnino majus erat¹⁾; hoc tamquam verum annuntiabant, applicandum, et explicandum primis ecclesiae doctoribus relinquebant. Patres apostolici hanc ob causam nullo omnino modo argumentis indigebant q. d. positivis, quippe qui divinum atque humanum tam arcte in Christi persona junctum sibi proponere solerent, ut unum alterum subaudiret. Inprimis hic praeterea in censem venit, primos ecclesiae doctores, quia Jesum haberent Messiam, eo ipso ei et tribuisse $\tau\eta\eta\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\sigma\alpha$ ²⁾. Statuebant enim neminem alium, quam

1) In Sectione I quum ubiorem de N. F. doctrina de Jesu $\alpha\gamma\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\sigma\alpha$ disquisitionem instituerimus, hic sufficiat observatio, apostolos Jesus talem agnovisse, ratione habita arctae relationis, quae illi cum Deo intercedebat. Weberus, de quo postea agam, eos propter Jesu miracula de $\alpha\gamma\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\sigma\alpha$ ejus persuasissimos fuisse contendit, provocans ad Matth. XI:2 sqq.; Joh. XV:24; Act. II:22; X:38 sqq.; XIII:30—40; 2 Petr. I:19 sqq.; Rom. XV:18 sqq.; I Cor. II:4—13; 2 Cor. XII:12; Hebr. II:3, 4.

2) Conf. Clementis Homil. edit. Schwegler, II. 6. pag. 51.

hominem, qui ipse fuerat sine peccato, servatorem hominum peccatorum esse potuisse.

Ecclesiae doctor **HIPPOLYTUS**¹⁾ et **CLEMENS ALEXANDRINUS**²⁾ primi usi sunt voce ἀναμάρτητος de Christo, quae vox autem a Clemente mutatur cum ἀνεπιθύμητος, quod vocabulum vim etiam majorem denotat. Quibus testimoniorum assentitur **JUSTINUS MARTYR** dicens: "Ο δε Χριστός, ἡτε ἀναμάρτητος ὁν, καὶ εὐδαμῶς παραβὰς τὸν νόμον, οὕτε διεπράξατο τι διορθώσεως δεόμενον³⁾".

Deus ex machina **MARCIONITICUS** peccati particeps esse non poterat, vel quod gravius est, neque aptus neque idoneus erat, qui habitaret in humana natura, quippe quae peccato et miseriae subjecta est. Clemens Alexandrinus testimonia exhibet memorabilia⁴⁾: Βραδεῖα γνῶσις, μετάνοια· γνῶσις δὲ, ή πρώτη ἀναμάρτησία, et alibi⁵⁾: Ἡ πενία τῶν ἀναγκαίων, τῆς θεωρίας λέγω, καὶ τῆς καθαρᾶς ἀναμάρτησίας, ἀπασχολεῖν βιάζεται τὴν ψυχὴν, περὶ τοὺς πορισμοὺς διατρίβειν ἀναγκάζουσα, τὸν μὴ διον ἔσυτὸν δι ἀγάπης ἀγαπεθειώτα τῷ θεῷ, quibus e verbis patet Clementem τὴν ἀναμάρτησίν non tanto-pere habere impeccantiam, quam potius cessationem a consuetudine peccandi, quatenus hoc patitur natura humana. Ab eo Christus dicitur⁶⁾: Μόνος ἀναμάρτητος αὐτὸς ὁ λόγος· τὸ μὲν γὰρ ἔξαμαρτάνειν πᾶσιν ἔμφυτον καὶ ποιεῖν. Jesu τῷ ἀναμάρτητῷ alibi jus tribuit

1) Gallandi Bibliotheca II, 466.

2) Stromat. VII: 12.

3) Conf. de Irenaeo: Duncker, Christologie von Irenaeus, p. 219 sqq.

4) Stromat. lib. II.

5) Stromat. lib. IV.

6) Paedag. lib. III. Cap. XII.

judicii generis humani. Ex loco jam citato sequi quidem videtur Clementem tantum Verbum habuisse ἀναμάρτητον, quam tamen Verbum et humanam naturam Jesu se invicem recipere doceat, concludere licet eum itidem Jesum considerasse tamquam ἀναμάρτητον.

Nequaquam igitur fundamento historico, e libris N. F. petito, quatenus ei saltem innotuerant, construxit Clemens τὴν ἀναμάρτησιν Jesu, sed potius illius natura divina. Christum, utpote qui divinitus natus esset, etiam ἀναμάρτητον fuisse statuit Clemens, in qua argumentatione nimis ex opinione q. d. praeoccupata progredi videtur. Haud enim dogmatice, sed historice ἡ ἀναμάρτησις Jesu probanda est.

Idem vitium logicum commisit TERTULLIANUS. Unum Deum sine peccato esse affirmat, et unum tantum hominem sine peccato Christum, quia Christus etiam Deus est¹⁾). Alibi contendit²⁾ nihil magicum, nihil humanum, praestigiosum, aut subdolum, nihil fraudis delituisse in Christo. Quibus ex effatis aequa atque e tota Christologia Tertulliani satis superque nobis patet, etiam hunc Patrem ecclesiae τὴν ἀναμάρτησιν Jesu probandam esse statuisse ex illius ortu divino. Haec vero argumentatio, et propter alias causas haud adhibenda, et per se spectata minus approbanda est, quia non valet ad omnes convincendos. Fundamentum enim, quo nititur, etiam tunc temporis a nonnullis in dubium vocabatur.

Tale mendum logicum ORIGENES non commisit. Mens

1) De anima c. 41.

2) Arnob. adv. gent. I, 53.

ejus dialectica, quodammodo sceptica, optime perspexit tales argumentationis tortas esse, tales conclusiones non posse defendi. Hanc ob causam pedem huc non movit, tantum agens de parte philosopha problematis. Novi Foederis doctrinam de Jesu ἀναμάρτητῳ duobus explicuit nominibus. Τὴν ἀναμάρτησιν explicuit tamquam virtutem naturae humanae Christi, et exposuit, eam considerandam esse ut virtutem singularem, propriam animo humano Jesu, quae virtus, quum exstisset voluntario et inturbato amore erga divinum ac bonum, Jesum reddidisset dignum, qui perfecte verbo divino aeterno jungeretur. Christus, eo auctore, ratione prorsus propria ac singulari ἀναμάρτητος est, sicut vas ipsum, ait¹⁾), quod substantiam continet unguenti, nullo genere potest aliquid recipere foetoris, hi vero qui ex odore ejus participant, si se paulo longius a fragrantia ejus removerint, possibile est, ut incidentem recipiant foetorem, ita Christus velut vas ipsum, in quo erat unguenti substantia, impossibile fuit, ut contrarium receperit odorem. Participes vero ejus quam proximi fuerint vasculo, tam odoris erunt participes et capaces²⁾.

Sentiendi ratio Origenis ex iis, quae antecedunt, nobis jam patet. Eandem invenimus rationem in conamine ejus solvendae difficultatis, quae oritur accipienda ἀναμάρτησι Jesu absoluta ab una parte, et illius explicatione ab altera parte, hoc modo³⁾: verum quoniam

1) Conf. Hagenbach. Dogmengesch. § 67. I.

2) Conf. contra Cels. I, 69, ubi citantur Hebr. IV:15, 1 Petr. II:22, 2 Cor. V:21.

3) Homil. XII in Lev. et περὶ ἀρχῶν II c. 6. § 5, 6 Ed. de la Rue t. I. p. 91.

boni malique eligendi facultas omnibus praesto est, haec anima, quae Christi est, ita elegit diligere iustitiam, ut pro immensitate dilectionis inconvertibiliter ei atque inseparabiliter inhaereret, ita ut propositi firmitas et affectus immensitas et dilectionis inextinguibilis calor omnem sensum conversionis atque immutationis abscinderet, et quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu jam versum sit in naturam, ita et fuisse quidem in Christo humana et rationabilis anima credenda est, et nullum sensum vel possibilitatem eam putandum est habuisse peccati. Conf. q. seq. in § 6.

Methodus illius itaque non sola dogmatica est, quemadmodum Tertulliani ac Clementis, sed potius philosopha. Haec methodus quidem procul dubio digna est, quae probetur in principio, et melius de nostra re actum fuisse, si multi successorum ejus hanc methodum propugnassent, sed multis nominibus perverse ab Origene applicata est, quocirca efficit, ut parvum praestare potuerit usum, quo solveret, imo illustraret multa problemata.

Antequam disquisitioni aliorum doctorum eorumque methodi ante et post concilium Chalcedonense operam impendimus, primum quasi obiter methodum referre volumus virorum, qui dubia protulere in opinionem universe fere receptam: PORPHYRII et gnostici BASILIDIS¹⁾). Ille e. g. mendacio, quod Jesus Joh. VII:8, 10 committere videtur, tamquam argumento in ἀναμερτη-

1) Conf. de Celso, Luciano, Philostrato (*Vita Apollonii Tyanensis*), Porphyrio, Hieroele al. Baur „das Christenthum und die Christl. Kirche der drei ersten Jahrh.” Ed. II. 1860. p. 383—428.

τιαν Jesu usus est. Hic impetus itaque argumento nitebatur historico. Porphyrii ratione habita, observat HIERONYMUS¹⁾: „Iturum se negavit et fecit, quod prius negaverat. Latrat Porphyrius, inconstantiae ac mutationis accusat.”

Quod attinet ad Basilidem, constat sane eum omnem impendisse operam, qua servaret τὴν ἀναμαρτυρίαν Jesu, sed si institisset systemati suo, eam rejccisset. Quo in systemate enim haec norma constituta erat, qua unusquisque, qui calamitatibus afficiebatur, his affici censebatur pro suis peccatis, quam normam etiam ad Jesum applicare solebat. Qua ex hypothesi quam Jesum peccasse sequeretur, eum aequiparat Basilides infantibus, qui non afficiuntur poena pro peccatis jam commissis, sed animi cupiditatum causa, quae in iis absconditae sunt. Nemo, affirmat Basilides, sine vitiis est, Deo excepto, Hiob XIV:4. Neque in systemate Ebionitico-artemonitico negatur Jesum revera fuisse ἀναμαρτυτον, attamen ex eo non sequitur. THEODORUS MOPSUESTENUS τὴν ἀναμαρτυρίαν Jesu limitibus circumscripsit, negans igitur eam absolutam fuisse.

Inter eos, qui saeculis sequentibus dogma de Jesu ἀναμαρτήτῳ magis explicarunt, sive saltem, ut explicaretur, effecerunt, certe primum locum tenet episcopus Laodiceae APOLLINARIS, idque sua Christologia. Profectus ex assertione: ὅπου τέλειος ἀνθρώπος, ἐκεῖ καὶ ἀμαρτία, licet Christum fuisse sine peccato ei persuasissimum esset, necessario negare debuit illum omnibus nominibus verum fuisse hominem. Eo auctore

1) Adversus Pelagian. lib. II.

vita intellectualis, quae vulgo spiritus dicitur, apud Jesum a Divinitate, quae in eo habitabat, supervanea redditia erat, quocirca Verbum ut νοῦς θεῖος locum cepisset rationis humanae.

Contra hanc opinionem, in *Concilio Constantinopolitano* tamquam haeresin condemnatam, crebrae surrexerunt voces, inter quas ATHANASII et utriusque GREGORII. Jure suo ostendebant, hac opinione accepta, Jesum ei non amplius verum esse hominem, revera, quamquam aliquot dubia contra τὸν ἀναμορφωτήσιν Jesu prolata tollerentur, in hac re desiderari momentum necessarium. Probare ergo conati sunt praeter et juxta naturam divinam etiam naturam perfecte humanam in Christo adfuisse.

Athanasius in opere, quod contra Apollinarem composuit, quem tamen, consanguineum suum, non nominabat, exposuit peccatum, licet ubique adsit, non pertinere ad naturam humanam, cuius nota potius ἀναμορφωτήσις est. Quod si verum est, sequitur Jesum naturam perfecte humanam assumere potuisse, licet hae re nequaquam se peccato subiecere debuerit, vel, quod gravius est, assumpsit nostram naturam, ut ostenderet haud opus esse, ut homo perfectus peccet. Ilijus rei enim contrarium contenderat Apollinaris. Conspicuum est hanc opinionem Apollinaris e spe originem suam duxisse, fore ut prorsus, quominus in posterum ἡ ἀναμορφωτήσις Jesu in dubium vocaretur, impediret. Consilii, quod assequi studebat, ratione habita, argumentatio ejus nobis memorabilis est. Eo auctore anima Jesu proprie non humana erat, sed excepta a Verbo divino, quod per vim, ei divinitus propriam,

quominus Jesus peccasset, prohibuerat. Divinitate sua igitur Jesus peccare non poterat, origo ejus divina eum ἀναμάρτυτον fuisse probat. Hacce methodus dogmatica jam supra a nobis improbata est, quippe quae per μετάβασιν σὶς ἄλλο γενέσε probare conatur Jesum fuisse sine peccato. Huic opinioni Apollinaristicae consequens est statuere, Jesum non verum esse hominem, eum esse hominem tantum specie, revera Deum. Negatur simul conjunctio naturae Jesu humanae ac divinae, eoque ipso Docetismus in Christologia accipitur. Licet Athanasius, pater orthodoxiae, orthodoxus esset in sententia Apollinaristica impugnanda, neutquam orthodoxus fuit in exponenda sua doctrina de Jesu ἀναμάρτυτῳ. ANTISTHENIS et ZENONIS vestigia premens contendere videtur, etiam alios homines asse qui posse altitudinem illam moralem, quam Christus assecutus erat. Non tantum affirmat¹⁾: ἐξ ἀρχῆς μὲν τὸν οὐκίαν· αὐδὲ γὰρ αὐδὲ νῦν ἐν τοῖς ὀγκίαις ἔστιν, αὐδὲ διλωτὴ πεπτῶν ὑπάρχει αὐτη, sed etiam alibi satis enucleate tamquam opinionem suam exponit²⁾, etiam multos Patriarchas, Apostolos, Prophetas et Martyres ethice unum eam Deo fieri posse, Ei prorsus similes et misericordes ut ipsum Patrem Coelestem.

Athanasium vero huic opinioni, unumquemque hominem Christo prorsus similem fieri posse, firmiter adhaesisse non constat. Loco enim l. vox οὐκία nimiris indefinita est atque incerta; deinde observandum est eum hanc thesem tantum adhibere, ut adminicu-

1) Contra Gentiles ab init. t. I. p. 2, ed. Colon.

2) Contra Arianos, Orat. IV. t. I. p. 455, et imprimis 462, 463, edit. Colon.

lum dogmaticum, cuius vero consequentia nequitiam ipse accipit. Qualicumque vero ratione sumpta haec verba perspicue indicant, eum notionem τῆς ἀναμαρτησίας debilitasse, quod autem in eo, fundamento praecipuo orthodoxiae Catholicae, jure miramur. Vestigia illius prementem ecclesiam Romano-Catholicam postea videmus, Sanctos enim ecclesia tamquam perfecte sanctos agnoscit.

Ecclesiam Romano-Catholicam et antea Athanasium notionem τῆς ἀναμαρτησίας adeo fluctuantem et incertam propugnasse videntes, jure statuimus, indicia τῆς ἀναμαρτησίας nulli Patrum ecclesiae veteris satis innovuisse. Quodsi enim rationem a se ipsis subduxissent, quaenam res praecipue in censem venit ad explicandam τὴν ἀναμαρτησίαν Jesu, procul dubio talis opinio ab iis non defensa fuisset. Eorum methodus non satis erat definita, neque certis nitens principiis; externo sono vocis „ἀναμαρτησία” ad immunitatem omnis peccati singularis significandam adhibitae adhaerabant, sed nequitiam accurate explorabant, quid peccato intelligendum esset e mente Jesu et apostolorum.

Multo acutius quam Athanasius BASILIUS M. defendit ἀναμαρτησίαν Jesu. In oratione de poenitentia eum dicentem audimus: ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀναμάρτυτος· ἐνὶ γὰρ μαρτυρεῖται, ὅτι ἀμαρτίαν οὐκ ἔποικε. Quorum verborum primis verbis etiam subscriptis GREGORIUS NAZIANZENUS¹⁾: τὸ παντελῶς ἀναμάρτυτον, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἔταξεν ὁ θεός.

Notio τῆς ἀναμαρτησίας in hac periodo a nullo au-

1) In oratione IV. adversus Julianum. II.

tem magis quam a PELAGIANIS debilitabatur. Quod si enim Jesus viribus, quae praeter eum etiam omnibus sunt hominibus, prorsus a peccatis liber esse potuerit, quodsi verum est, quod contendebant, nonnullos homines jam ante adventum Christi in terram et post eum *ἀναμαρτύτους* fuisse, justa etiam conclusio est, hanc doctrinam de Jesu *ἀναμαρτύτῳ* non amplius momentum grave esse in religione Christiana, praestantiam igitur Christi moralem ac religiosam flatum tantum vocis esse. Historia vero generis humani modo quam maxime tristissimo contrarium nobis exhibet. Etiamsi enim AUGUSTINUS semitis dialecticis aberraverit, hoc sane constat doctrinam ejus potius quam Pelagianam defendi posse. Illi assertioni Pelagii ac conclusionibus, quas ex ea deduxerit, ut operam impendamus non necesse est. Haud impune hac ratione negliguntur omnia, quae nos docuit experientia nostra spiritualis. Quod attinet ad methodum, qua Pelagius et socii ejus *ἀναμαρτυσίᾳ* Jesu defendendam esse statuerunt, illa revera indigna est, quam talem haberemus. Quod si enim quaeras, quaenam methodus ab iis ad defensionem adhibita sit, eos hac in re nullam omnino secutos esse methodum optime videmus, quippe qui τὴν *ἀναμαρτυσίαν*, quae inter homines uni Christo propria fuisse, non agnoscerent, systematice igitur debilitarent notionem, quam privarent significatione nativa. Augustini opinionem a Pelagiana quam maxime diversam esse, in oculos incurrit, etiamsi unum tantum locum laudemus. „In Christi non tantum divinitate,” ait¹⁾ ,

1) De peccatt. meritis et remissione lib. II. c. 13.

„sed nec in anima, nec in carne illum potuerit esse peccatum.”

Eandem assertionem propugnasse NESTORIUM fortasse inmerito contendunt. Naturam Jesu humanam a divina sejungendam esse statuit, atque τὴν ἀναμαρτυρίαν considerandam esse tamquam naturae humanae, a divina sejunctac, proprietatem. Cui sententiae quidem consequens est, etiam alios homines posse assecuti praestantiam illam moralem ac religiosam, quam assecutus erat Christus, attamen, licet haec conclusio jure effici possit ex hypothesi, a Nestorio ipso proposita, sententiam ejus non complectitur. Neque illum vero in opinionibus suis, quoad hanc rem spectant, fluctuasse vel haesitasse, satis superque patet.

Clarius sane sententiam suam exprimit CYRILLUS ALEXANDRINUS hisce verbis¹⁾: Ἐστιν ἀναμαρτοεπῆς ὁ Κύριος, καὶ θεὸς ὁ εἰλάθειχ. Itidem THEODORETUS dicens²⁾: Μόνος ὁ δεσπότης Χριστός, καὶ ὁ ἀνθρωπός, καὶ ὁ θεὸς, τὸ ἄμακον ἔχει. Cum illi, tum Basilius et Gregorius, quos jam laudavimus, opinionem amplecti esse videntur, qua e divino Domini ortu explicationem ejus moralem efficiendam esse statuitur, quam autem methodum idcirco improbamus, utpote quae ex re nondum probata aliam probare studeat. Haud enim e Divinitate, sed ex conjunctione naturae humanae ac divinae ἡ ἀναμαρτυρία Jesu explicanda est.

Praeter illos, jam laudatos, Patres ecclesiae in primis AMBROSIUS omnibus restitit, qui vel aliquatenus

1) Comment. in cap. III Joëlis.

2) Quaestione IX in Numeros.

ἀναμαρτυσίαιν Jesu debilitarent, sive debilitare conarentur. Praesertim contra haeresin Apollinaristicam argumentatur.¹⁾ Rogat, quo tandem cumque modo a Jesu nulla humana natura accipi potuisset, num forte sic loquantur, timore commoti, Christum aliter labi potuisse, ut hominem? Postquam hunc timorem nullo nisi fundamento ostendit, rogat, num sententia illa defendi possit, qua ille, qui alios carnis vinculo liberarat, carnis vi vinci potuisse censem? Qui alios regebat, ita loquitur, se ipse regere non poterat? Desinant nimium solliciti isti tamquam Christi paedagogi vereri, ne etiam in ipso concupiscentia carnis legem mentis oppresserit, quae non oppressit in Paulo legem mentis, sed tantum contra eam repugnavit. Non ipse Deus verbum pro anima rationali et intellectus capaci in carne sua fuit, animam vero rationalem et intellectus capacem, et ipsam humanam et ejusdem substantiae, ejus nostrae sunt animae, et carnem nostrae similem, ejusdemque ejus caro nostra est, substantiae suscepit. Deus enim verbum, perfectus etiam homo fuit, sine ulla tamen labe peccati, quia peccatum ipse non fecit, sed pro nobis peccatum factus est, ut nos essemus justitia Dei in ipso, 2 Cor. V:21.

Dogmatice igitur ex opere salutis Christi Ambrosium concludentem videmus ad conditionem Jesu morallem ac religiosam, quae vero methodus haud omnibus nominibus probari potest.

Tota haec periodus, de qua hucusque egimus, certo

1) De Incarnationis dominicae Sacramento c. VII. t. II. Conf. Walther, l. 1. p. 19, 20.

puncto temporis dividenda esse videtur in duas partes, quarum prior, ad annum 451 usque decurrentis, conamina complectitur varia, ab ecclesiae doctoribus adhibita, ut explicarent et constituerent doctrinam τῆς ἀναμαρτυρίας Jesu. Quae doctrina in quarto concilio Oecumenico Chalcedonensi formulam acquisivit, sibi propriam. Leonis Magni epistola, ad Patriarcham Flavianum missa, tamquam basi posita, concilium decrevit Christum fuisse verum Deum, et verum hominem, secundum Divinitatem ab aeterno generatum, et Patri in omnibus similem, secundum humanitatem in tempore e Maria natum, virgine et matre Dei (θεοτόκῳ) ac nobis hominibus in omnibus similem, sed sine peccato, deinde post adventum ejus in mundum existere unitatem personae e duabus naturis, quae junctae sunt ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδικηρέτως, ἀχωρίστως. Quo decreto ecclesiae hacc doctrina immutabilis constituta erat, nulli omnino mutationi amplius subjecta. Αναμαρτυρίαν Jesu ab una parte, humanitatem ejus perfectam ab altera parte, utriusque nexu neutiquam explicato, deinde agnovit ecclesia.

Si quis putaret prima octo saecula, quod attinet ad doctrinam de Jesu ἀναμαρτυρίᾳ quam maxime fuisse convenientia et quieta, historia hujus periodi eum contrarium docebit. Ad concilium Chalcedonense usque tres factioes semet invicem impugnantes videmus. *Prima factio* severe dogmatica, quae firmiter sententiam defendebat, qua Jesum absolute ἀναμαρτυρίου fuisse statueretur, victoriam reportavit, quum haec opinio doctrina facta sit ecclesiae. Arma, quibus usa est, tantum dogmatica erant. *Secunda factio* aliquatenus

conservativa q. d., quae sicut saepius accidit, creberima erat, doctrinac vero copia et ingenii acumine a prima superari solebat. Hanc factionem ad medullam theologiae penetrasse, patet ex loco gravissimo Hieronymi¹⁾: „multis et de toto hue orbe confluentium turbis, et sanctorum fratrum monasteriique curis occupatus, commentarios in Hieremiam per intervalla dictabam: ut quod dicerat otio, superesset industriae: cum subito haeresis Pythagorae et Zenonis ἀπαλεῖχε καὶ ἀναμαρτυσίας i. e. impassibilitatis et impeccantiae, quae olim in Origene et dudum in discipulis ejus Grunio Evagrioque Pontico et Joviniano jugulata est, coepit reviviscere, et non solum in Occidentis, sed et in Orientis partibus sibilare, et in quibusdam insulis, praecipueque Siciliae et Rhodi, maculare plerosque et crescere per dies singulos, dum secreto docent, et publice negant. Cui respondere diu tacens, et dolorem silentio devorans, crebra fratum exostulatione compulsus sum: nec tamen hucusque prorupi, ut auctorum nomina ponerem, malens eos corripi, quam infamari. Nec enim hominum, sed erroris inimicus sum.” Quibus verbis multa sane minus probanda observamus, in primis in iis, quae motus odio Occidentali effatur in Origenem et illius discipulos, summa autem, etiam tune temporis magnam factionem extitisse talium hominum, omni dubio majus est. Quae factio, ut jam dixi, maxime generalis erat; argumenta ejus magna ex parte philosopha erant, ex indole naturae humanae petita, partim fundamento nitentia sceptico

1) Prooemium in IV Comment. Jerem. t. IV.

et historico. *Factio* denique *tertia*, quae tantum paucorum fautorum potita est et nullam partem constitutere potuit, tota sceptica erat. Rejiciebant diserte Jesu ἀναμάρτυτον, sive saltem propugnabant systema, quo accepto Jesus ἀναμάρτυτος esse desinit. Argumenta eorum dialectica erant et historica.

Quamquam jam multi¹⁾ magnam navarint operam, ut illustrarent notionem τῆς ἀναμάρτυσις, eam recte definire e doctoribus nemo potuit. Synodus Chalcedonensis dogmatis utramque partem implacatam et inexplicatam accepit. Nullum amplius exhibetur conamen, quo uberior exponeretur vinculum inter ἀναμάρτυτον Jesu et naturam ejus perfecte humanam, eoque ipso quaestionem, quaenam, e mente S. auctorum, indicia essent τῆς ἀναμάρτυτος, nullus Patrum luculenter solvit. Plerorumque doctorum vitium in eo quaerendum est, quod ratiocinarentur ex non intellectis, quibus confirmarent doctrinam, quam constituerat ecclesia. Hujus rei unum afferre exemplum sufficiat. CHRYSOSTOMUS²⁾ τὸν ὑπὲρ ἀμαρτωλῶν ἀποθνήσκοντα, inquit, αὐτὸν ἀναμάρτυτον δεῖ εἶναι· ἐπεὶ εἰ καὶ αὐτὸς ἀμαρτάνει, πῶς ὑπὲρ ἄλλων ἀμαρτωλῶν ἀποθανεῖται; εἰ γὰρ ὑπὲρ ἀμαρτιῶν ἄλλων ἀπέθανεν, ἀναμάρτυτος ἦν ἀπέθανεν. Consilio quidem quam maxime probando cognitione Domini, quam de eo ex Evangelii petierant, construxe-

1) JOHANNES DAMASCENUS opere celeberrimo „de fide orthodoxiae” III, c. 2—4, ut illustraret relationem utriusque naturae Jesu, humanae ac divinae, accipiebat communicationem idiomatum (*τρόπου ἀντιδοσεως*) et immeationem (*περιχώρησι*). Conf. de eo Hagenbach „Dogmengesch.” § 179, I.

2) Homiliae (XXXVIII in 1 ep. ad Corinthiacos).

runt perfectionem ejus, sed magis quam par est huic illive formulae adhaerabant, non ad summam escendentes.

Grato animo sumus laboris et operae causa, quae primi doctores impenderunt ecclesiae¹⁾, ut rem ipsam tutam redderent, inconcussam in posterum constituerent. At tamen rem minime absolvisse videntur, quippe qui formulas dogmaticas implacabiles, certe disjungendas conjunxerint. Quid mirum? Methodo enim proposita sua attingere non poterant, finis enim alius erat generis quam studium. Periodo, quae sequitur, Scholastica meliorem exspectare licet methodum. Utrum haec spes voti sui compos fiat, nunc videamus²⁾.

§ II.

PERIODUS SECUNDA.

A Scholasticis inde ad Reformationem usque.

Saeculo V itaque ab ecclesia doctrina nullo modo

1) Conf. de tota hac periodo Suiceri Thesaurus eccl. V. V. ἀναρρησία et ἀναρρήσιος, T. I. p. 287—289; Waltheri Tractatus de Christi hominis ἀναρρησίᾳ s. impeccabilitate, Tüb. aº. 1717, p. 4—20; Hoevelii Disp. de ἀναρρησίᾳ Christi ejusque necessitate, Hal. 1740, recusa 1749, 37 p. 4 sqq.; Hagenb. Dogmengesch. § 66, 67 al.; Ullmann, „die Sündlosigkeit Jesu, S. 1853 p. 18—25, al.; Baumgarten „Untersuchung theol. Streitigk., II p. 449, 529 sqq.; Bretschneider „System. Eutw. § 98. al.

2) DIONYSIUS AREOPAGITA (de eccl. Hierarch. cap. V. Contempl. III

revocanda constituta erat, Christum tam factum esse
 $\pi\alpha\tau\alpha \pi\alpha\pi\tau\alpha \delta\beta\epsilon\sigma\iota\omega \eta\mu\nu \chi\omega\rho\iota\alpha\delta\mu\alpha\pi\tau\iota\alpha\zeta$, quam omnibus certe nominibus naturam humanam accepisse. E quibus constitutis etiam sponte sequitur, doctrinam ipsam eadem, qua esset, conditione in posterum fuisse, ansa tantum data ad uberiorem expositionem. Hoc pensum susceperunt Scholastici, praesertim quum disquisitio esset, qua in dirimenda omnis postulabatur sagax dialectica, omne acumen ingenii. In primis ab iis dogma de Iesu $\alpha\pi\alpha\mu\alpha\pi\tau\iota\omega$ quam maxime gravissimum in re Christiana factum est, et universe acceptum, idque non tantum a theologis et philosophis, sed etiam a poëtis, inter quos Dantius, qui vitam Christi sine mendis vitiisque proponit, et Otfriedus Weiszenburgensis, qui eum vocat „ther suntioso man.”

Medio aevo mentionem factam videmus hominum, qui Scholasticos offendentes contendere audebant Christum *falli* potuisse. Quibuscum in certamen venit THOMAS BRADWARDINUS¹⁾), qui probare conatus est hypothesis tum saltem audiendam esse Christum *pecare* potuisse. Hoc autem proelium levis tantum erat velitatio pugnae comparatum magnae, quae aliis nominibus THOMAE AQUINATIS socios inter et JOHANNIS DUNS SCOTI prorupit. Thomistae, Augustini asseclae seduli, qui severius ecclesiae doctrinam amplecteban-

Sect. IV) affirmat Christum $\delta\chi\rho\iota \sigma\tau\alpha\pi\iota\omega \kappa\alpha \theta\alpha\pi\alpha\tau\iota\omega \mu\pi\alpha \theta\alpha\pi\alpha\chi\iota\pi\iota\zeta$
 $\alpha\pi\alpha\mu\alpha\pi\tau\iota\omega$ $\dot{\epsilon}\lambda\eta\lambda\omega\theta\epsilon\mu\omega$. Eundem ibi vocat $\alpha\pi\alpha\mu\alpha\pi\tau\iota\omega$ $\varepsilon\lambda\eta\omega\alpha$.

1) † 1349. Scripsit „de causa Dei contra Pelagium, et de virtute causarum ad suos Mertonenses. Libri tres. Ed. 1618 ab Henrico Savilio, Conf. Lib. III. Cap. XI.

tur receptam, peccatum et gratiam modo¹⁾ quam maxime Augustiniano sibi proponentes, prorsus alia, quod ex rei natura sponte sequitur, de nostra re protulerunt, quam Scotistae. Hi enim propugnatores sententiae Semipelagianae *acceptio*nis *gratuitae*, defensores pertinacissimi dogmatis *immaculatae conceptionis Mariae*, cuius origo et radices quaerendae sunt in anthropologia non tantum ipsorum, sed totius ecclesiae Romano-Catholicae. Ex utriusque doctrina explicandum est Dominicanos i. e. Thomistas pertinaciter negasse conceptionem immaculatam Virginis Mariae, Franciscanos i. e. Scotistas contra firmiter eam defendisse, co ut videtur consilio, ut postquam prorsus tutam reddidissent puritatem Mariae, postea meliori fundamento etiam *ἀναπαρτησίαν* Servatoris vindicarent. Probabilis est sententia in primis spem, fore ut Jesum prorsus ab omni opinione peccati haereditarii liberarent, eos commovisse ad hanc sedulam defensionem *immaculatae conceptionis*.

Magna verborum vi et acuta argumentandi ratione Thomistae thesem defendebant, qua Christum neque ut Deum, neque ut hominem peccare potuisse statuerent. Fuerat itaque impeccabilis q. d., naturae acceptae ratione habita, idque non tantum ob gratiac magnitudinem ac corroborationem in bono, sed etiam e vi conjunctionis hypostaticae cum Verbo. Quam sententiam ita explicabant, ut contenderent humanam na-

1) Conf. de heresi Nihilianistica, quam refutavit Joh. Cornubiensis saec. XI, Dorner „Entwickelungsgesch.” p. 112 sqq.; de JOHANNE SCOTO ERIGENA ejusdemque sententia de natura Christi humana, Hagenb., Dogmengesch. § 179, 6 et Dorner I. 1. p. 115 sqq.

turam, quamquam a Verbo in puris q. d. naturalibus acceptam, attamen conjunctione cum Verbo sine peccato fuisse. „Non est ambiguum,” sunt verba theologi, quem multi secuti sunt, Scholastici, PETRI LOMBARDI¹⁾, „animam illam entem unitam Verbo peccare non posse, et eandem, si esset et non unita Verbo, posse peccare.” Eadem addicti erant THOMAS AQUINAS, ALBERTUS MAGNUS, BONAVENTURA, RICHARDUS, PALUDANUS, CAPREOLUS. Sententiam quodammodo diversam, quae in summa tamen Petri Lombardi et Thomae opinioni convenit, propugnarunt FRANCISCUS SUAREZ, GABRIEL VASQUES, TANNERUS, GREGORIUS DE VALENTIA, MARTINUS BECANUS al. Etiam si hi demum saec. XVI et XVII vitam degerunt, attamen eorum methodi Scholasticae ratione habita, hoc referendi sunt. Eorum methodum in primis aggressus est MELCHIOR CANUS.

Hanc sentiendi rationem DURANDUS²⁾ nequaquam probavit, licet hanc diffiteatur eam quam maxime piam esse. Arbitratus est humanitatem Christi nisi status gratiae ac salutis id prohibuisset, potuisse peccare, quod Unioni personali non pugnat, quum ei non repugnet mori, et Verbum nequaquam teneatur prohibere actionem pravam naturae liberae, quae secundum conditionem suam posset peccare. Ei assentiri dicendi sunt JOHANNES DUNS SCOTUS, BASSOLIS,

1) Libr. Sententiuarum III, 12.

2) Durandus de Sancto Porciano, Thomae discipulus, utpote qui in opere „Super Sententias Lombardi” Magistro obloqui ausus esset, a caeteris defector habitus est.

GABRIEL, MARSILIUS FICINUS, HENRICUS GANDAVENSIS, Scotti deinceps discipuli, inter quos JOHANNES DE RADA.¹⁾

Satis superque igitur patet pugnam, a theologis Scholasticis initam, tantum spectasse quaestionem, utrum Christus secundum humanitatem suam potuisset peccare nec ne. Illum revera ἀναρρήτων fuisse constituerat ecclesia, quapropter quod constitutum erat nullus eorum probare studuit argumentis historicis, dogmaticis sive philosophis. Ecclesia locuta erat, quo facto omne dubium sublatum erat. Hanc ob causam in hac periodo neminem sere videmus dubia proferentem. Quamquam igitur pugna iniuratur de re, quam fortasse diebus nostris parvi haberemus momenti, attamen pugna Scholasticorum aequa excitata erat et concitata, ac pugna, quae nostro tempore et in nostra patria de rebus gravissimis initur. Memoria tantum teneantur execrationes, devotiones horrendae, quas provocarunt conclusiones Johannis de Rada, mox memorandae. Ille, qui hac ratione locutus erat, et tales sententias proferre ausus erat, ecce tunc temporis opinionem generalem, dignus erat — qui refutaretur, nos dicemus — qui vivus combureretur ! !

Accuratus nunc videamus, quaenam res in hoc proelio summa esset, circa quam omnia moverentur. Utraque pars perpetuo de ordine loqui solent a Deo instituto, qui vero ordo permisit, aut non permisit, naturam Christi humanam potuisse peccare. Idem

1) Part. III Controvers, in Thom. et Scot. Super III l. Sent. Controv. IV, art. III.

ordo Christum hominem gratia sufficienti donasset et affirmasset in bono, ut nullum adesset periculum peccandi, quo facto neque ille potuit peccare, quemadmodum etiam Angeli et Coelites beati non possunt peccare. Quod si tamen, haec nonnullorum opinio erat, Unio Verbi id non impeditisset, natura humana Domini potuerat peccare. Audiamus conclusiones, quas defendit Johannes de Rada :

1°. Christus de facto nullum habuit peccatum, neque originale, neque actuale.

2°. Secundum legem ordinariam non potuit esse in Christo peccatum. Tum, quia secundum legem ordinariam non potuit Christus non esse plenus gratia, et beatus secundum animam, tum etiam, quia constat fuisse legem a Deo statutam, ut in Christo nullum permitteretur peccatum.

3°. Unio hypostatica, seu gratia unionis praecise ac formaliter per se ipsam, non confert naturae assumtae omnem justitiae ac sanctitatis perfectionem, quae in homine justo ac sancto necessaria est, ut sit omni ex parte bene affectus, praeparatus ad beatitudinem, et omnem rectam operationem.

4°. Unio hypostatica ex se praecise ac formaliter non reddit naturam assumtam, et unitam formaliter gratam, et acceptam in ordine ad vitam aeternam, et ad meritum ejus.

5°. Si rerum naturas attendimus, nulla appareat contradictio, quod Christus per naturam rationalem assumptam in puris naturalibus vel in donis Caelestibus, seclusa confirmatione in bono, possit peccare.

6°. Nulla est etiam contradictio in hoc, quod natura

infecta peccato originali, vel actuali per modum habitus accepto, assumatur a Verbo.

En doctrinam Scotistarum arte compactam: Deus naturam humanam, quae peccato subruta erat, assumere potuerat, vel Christum ut peccatorem damnare. Omnino fieri potuerat, quod persona divina personam hominis damnati accepisset, quae tamen persona, unitate illa non obstante, nihilominus damnata est. Luce clarius patet doctrinam Scholasticorum, quatenus eam ad dogma ἀναμαρτυσίας Jesu adhibuerunt, circa has moveri theses. Scholastici pugnam gravem pugnantes de indole vinculi naturam inter divinam atque humanae Christi ipsius fere obliti sunt.

Jure exspectaveris ex omnibus partibus contra hanc haeresin Scotisticam dubia et argumenta in medium prolatum iri. Professus est VASQUEZ: „mihi semper placuit communis sententia Scholasticorum, qui assertunt, humanitatem Christi manentem in Verbo ex sola vi unionis, sive quovis alio dono beatitudinis, aut gratiae habitualis, peccare non posse.” VALENTIANUS, Dei omnipotentiae divinae ratione habita, Christum non potuisse peccare affirmit. BECANUS observat: „Humanitas Christi non solum ratione visionis beatificae, sed etiam vi solius Unionis hypostaticae fuit omnino impeccabilis, ita ut impossibile fuerit, ipsam Verbo unitam peccare, etiamsi nulla alia dona supernaturalia habuisset.”

Jesuita TANNERUS, cuius opinionum relatio huic conspectui explicationis, a Scholasticis allatae, finem imponet, medium fere tenet inter partes extremas, Thomistas inter et Scotistas. Illius opinionum co-

gnitio itaque quam maxime memorabilis est, ut recte intelligamus explicationem, quam medio aevo doctrina de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ assecuta est. Assertione prima declarat: „Humanitas Christi, ob ipsam etiam per se unionem hypostaticam, plane fuit vero quodammodo et proprio modo impeccabilis, ita ut nec secundum absolutam quidem Dci potentiam, in ejusmodi natura unita, peccatum esse possit.” Quam autem assertionem secunda thesi hac ratione circumserbit: „Per unionem hypostaticam constituta fuit natura assumta simpliciter impeccabilis, remote solum et causaliter, non autem immediate et formaliter.” In tertia hoc defendit: „Natura humana Christi formaliter ac immediate fuit reddita intrinsece impeccabilis, ipsa visione beatifica, ac statu beatitudinis; quae si in Christo non fuisset, tum aliis auxiliis actualis Gratiae opus fuisset, ad ejusmodi impeccabilitatem efficiendam, quae proinde etiam secundum absolutam potentiam Christo negari non potuissent.”

Haec medii aevi saccula tulerunt de re, quam indagamus. Jure meritoque miramur, quod pauca tantum, quae in nostros usus convertere possumus, nobis obviae sunt ex omnibus illis laboribus et omni illa opera, magno illo Scholasticorum studio. Neque quaestio de vinculo inter τὴν ἀναμαρτησίαν absolutam, et naturam perfecte humanam, neque problema de notione recta τῆς ἀναμαρτησίας vel aliquatenus Scholasticorum conaminibus magis quam antea explicatum est. Necesse esse non ducebant disquisitionem instituere accurataam et criticam fontis unici, qui nobis est de charactere Jesu, quo ipso vindicassest praestantiam Jesu

moralem ac religiosam, quae praestantia norma est omnibus, quae sequuntur, saeculis. Facta historica minime formulis dogmaticis, unice argumentis, ex historia petitis, probari possunt. Quod cum Scholastici prorsus neglexerint, parvi aestimandus esse videtur labor, ab iis τὴν ἀναμφιστητὴν tractandae exhibitus. Praeter hoc vero quod conclusiones, quas eorum labores nobis attulerunt, minime approbare possumus, etiam magnum detrimentum effecit eorum dialectica. Methodo eorum subtili Christus ipse de honore, ei jure tribuendo, sensim paulatimque perturbatus est, quo facto ei successit imago dialectica argutiarum et argumentationum acutarum, quae tamen carne ac sanguine carebat. Sieut in vita, etiam in doctrina nocuit. Fundamentum, quo doctrina apostolorum et doctorum ecclesiae nitebatur, negligebant, ut unice attenderent ad methodum, qua, si basis adesset, aedificium construendum esset.

Singulare methodi philosophiae imperium observamus hac in periodo. Dogmatica methodus partim, historica prorsus neglecta est. Tempus, quo nemo seditionis vexillum evolveret, in otio degebant theologi inveniendis armis nitidis, procul dubio aptissimis, quibus tamen hostes tantum imbecilos poterant vinci.

In fine hujus periodi multos praecursores Reformationis exhibentes videmus conatus reformatarios, sed doctrinac theologicae parvam sane habebant rationem. Fidem vitamque mutare studebant, quaestionibus vero absconditis, placide indagandis, saeculum fidei parum aptum erat. Neque WYCLIFFO, neque NUSSIO, neque REUCHLINO neque ERASMO aliquid debemus, quod in

nostros usus converteremus. Periodus, quae sequitur, Reformationis majores praebebit labores, majorem problematis amorem: illue igitur lintea tendamus¹⁾.

§ III.

PERIODUS TERTIA.

*A Reformatione ad Sacc. XVIII sere
medium usque.*

Spiritus fortis primis decuriis saeculi XVI per Europam transibat, qui vineula decutiebat, quibus supersticio et conscientiae oppressio hominem tamdiu suppresserant, ac Vicarium Dei in terra expellebat ut Christum proprius adducret ad animum. Christus per tot saecula lorica ferrea suppressus revelabatur, liber factus ab involueris, quibus eum circumdederant sacerdotes. Saeculum XVI saeculum erat fidei, consuetudinis immediatae cum spiritu Servatoris, minime autem argumentationum intellectus, disquisitionis acutae notionum. Reformatores Jesum ἀναμέρτητον fuisse non de industria probarunt, quia argumentis afferendis

1) De schola *Victorianorum* conf. Dorner l. l. p. 142; de Mysticis Gerardo Reichersbergensi, Ruysbroekio, Taulero, auctore anonyme libelli „Deutsche Theologie,” Wesselio al. Hagenb. l. l. § 179, 6; de tota hac periodo historiae l. l. dogmatum, Waltheri Tractatus et in primis Baur „Lehre von der Versöhnung” p. 142 sqq., et ejusdem comm. „der Begriff der Christl. Phil.” in opere periodico „Theol. Jahrb.” a Zellero edito 1846, 2.

sensum religiosum se offendere arbitrati essent. Quamquam itaque pauca de nostra quaestione tradiderint, prorsus tamen non tacuerunt. In opere celeberrimo et etiam nunc permagni aestimando, cui titulus est „Institutio Christianae religionis,” probat CALVINUS¹⁾ Christum fuisse omnis peccati expertem. Eos refutat, qui turpe ac probrosum Christo esse ducebant si ex hominibus originem traxerit, quia non potuerit a communi lege eximi, quae totam Adami sobolem absque exceptione sub peccato includit. Christum immunem fuisse ab omni labore affirmat, quia sanctificatus erat a Spiritu, ut sc. pura esset generatio et integra, qualis futura erat ante Adami lapsum. „Ac omnino fixum hoc nobis manet,” sic pergit, „quoties de Christi puritate nos admonet Scriptura, notari veram hominis naturam, quia supervacuum esset dicere purum esse Deum. Sanctificatio etiam, de qua loquitur Johannes Cap. XVII, in natura divina locum non haberet. Nec vero duplex singitur Adami semen, quamvis nulla ad Christum contagio pervenerit, quia hominis generatio per se immunda aut vitiosa non est, sed accidentalis ex lapsu. Proinde nihil mirum si Christus, per quem restituenda erat integritas, a vulgari corruptione exemptus fuerit.”

Alibi²⁾ sic disserit: „Jam ubi quaeritur, quomodo abolitis peccatis dissidium Christus inter nos et Deum sustulerit, et justitiam acquisierit quae eum nobis fa-

1) Lib. II qui agit de cognitione Dei Redemptoris Cap. XIII. Sect. 4. Ed. 1618, p. 162.

2) I. l. cap. XVI. Sect. 5, p. 172.

ventem ac benevolum redderet, generaliter responderi potest, toto obedientiae suae cursu hoc nobis praestitisse. Quod Pauli testimonio Rom V: 19 probatur. Et sane alibi causam veniae, quae nos eximit a maledictione legis, extendit ad totam Christi vitam, Gal. IV: 4. Ita in ipso quoque Baptismo asseruit impleri iustitiae partem, quod obedienter Patris mandatum perageret. — Coram Pilato, omissa defensione, stetit ad subeundum judicium. Non id quidem absque certamine: quia et infirmitates nostras suseperat, et hoc modo probari oportuit quod Patri suo praestabat obsequium. Et hoc non vulgare fuit amoris erga nos incomparabilis specimen, luctari cum horribili formidine, et inter diros illos cruciatus abjicere sui euram ut nobis consuleret. Illud quidem tenendum est, non potuisse rite Deo aliter litari, quam dum proprio se affectu abdicans Christus illius se arbitrio subjecit, totumque addixit¹⁾."

Patet itaque nostram quaestionem Reformatoribus non factum *probandum*, sed *probatum* fuisse. Si quis ex iis argumenta petiisset, eorum animus respondisset. Qua vero in conditione quaestio perpetuo esse non potuit. Spiritu expperrecto dogmatico finc sacc. XVI et initio XVII, ut prodiret expositio uberior doctrinae de Jesu ἀναμαρτίτῳ, necesse erat. Quod revera a dogmaticis factum esse videmus, qui continuo post Reformatores ipsos huic rei operam dederunt, prae caeteris a LEONHARDO HUTTERO²⁾ et s. SCHMIDIO³⁾. Antiquiores

1) Conf. præterea l. l. Lib. III. Cap. VIII. Sect. I.

2) † 1616. Theologus erat celeberrimus Lutheranus, auctor operis „Compendium locorum theol. ex S. Ser. et libro concord. collat.” Vit. 1610.

3) Theol. Dogmatic. ecclesiae Evangelico-Lutheranae p. 231, 236.

dogmatici¹⁾ ἀναμαρτησίων Jesu dixerunt inhaesivam, qua omnis peccati propria, tam originalis, quam actualis expers fuisset, quae ἀναμαρτησία inhaesiva est subiectiva, non imputativa. Causae, quibus Christus a peccato liber esse potuit, ab illis referuntur 1° *purificatio* (καθάρσις, ἀγιασμός), qua Spiritus S. ovulum Mariae a peccati labo purificavit et sanctificavit, 2° *conservatio*, qua Deus illud ovulum per omnes generationes a peccato originali immune conservavit, 3° *creatio*, qua novum ovulum Deus creavit. Quoad quaestionem de τῷ posse et non posse peccare, antiquiores illi dogmatici defendunt τὸ non posse peccare, dogmatici vero recentiores τὸ posse non peccare, quia haec sententia congruit S. Scripturac, systemati ecclesiae et immortalitatis analogiae.

Saeculo XVII quamquam observare possimus majores labores quam antea in quaestionibus tractandis universe theologicis, doctrinae τῆς ἀναμαρτησίας excollendae tantum parvam operam impenderunt Theologi. Interea magis magisque persuasio se extendebat, doctrinam de Jesu ἀναμαρτήτῳ significationem habere in theologia permagnam, elementum esse in Christologia praecipuum, cuius in doctrina constituenda argumenta, non vero assertiones postulabantur. Antequam vero opera indagamus quam maxime memorabilia, ex quibus prodit haec persuasio, ut primum rem aliam observemus necesse est, quae praesertim in nostra patria in Christologiam vim exercuit. *Arminianismum* significamus, cuius ratione habita exstitit *Syn-*

1) Conf. Hatt. Rediv. § 95 p. 237 Ed. IX.

odus universalis Dordracena. Arminianorum doctrina, quae invenitur in operibus JACOBI ARMINII, SIMONIS EPISCOPII, PHILIPPI A LIMBORCH, quoad Christologiam, hue redit: Christus quidem ipse a peccato liber erat, attamen peccare potuerat, quia unusquisque homo ex arbitrio suo libero peccare et non peccare potest. Haec hypothesis unioni hypostaticae non pugnat, quum etiam in ea natura humana perfecte libera erat et illacsa, indifferens ad peccandum et non peccandum, neque conceptioni e S. Spiritu, neque dignitati, neque muneri Servatoris. Unoquoque vitae suae temporis puncto Dominus igitur in conditione erat, in qua perfecta libertate voluntatem suam tendere potuit ad bonum aut ad malum. Vitae moralis continuitas iis prorsus ignota erat. Haec doctrina annis quam maxime memorabilibus 1618 et 1619 a Synodo damnata est. Synodi socii quum praecipue urgerent miscriam hominis, qua peccato affectus erat, ex indole rei etiam sequitur illos non potuisse habere τὴν ἀναμαρτυστὸν tamquam effectum liberi arbitrii Jesu. Contrarium docuerc Patres Synodi Dordracenae in Canonibus Cap. II. art. IV, sententiam exprimentes suam, mortem Christi permagnum habere valorem ac pretium, quia persona, quae eam subiit, praeterquam quod esset filius Patris unigenitus, simul verus esset et perfecte sanctus homo. Satis superque enim omnibus perspicuum est, quod si omnes homines omni prorsus tempore perfecte sancti et veri esse possint, etiam fundamentum sublabi, cuius ratione habita talem conditionem magni faceremus. Praeterea experientia nostra quotidie contrarium

docet. Arminianorum opinio jam implicite refutata erat ecclesiarum Belgicarum Christiana atque orthodoxa *Confessione*, summam doctrinae de Deo et aeterna animarum salute complectente. Quae confessio docet art. XVIII Deum promissionem veteribus Patribus, per os sanctorum Prophetarum factam, implevisse, quum constituto tempore Filium illum suum proprium, unigenitum et aeternum, in mundum misit; qui, forma servi accepta, similis hominibus factus est, et veram naturam humanam cum omnibus ejus infirmitatibus, excepto peccato, vere assumpsit, conceptus in utero beatae Virginis Mariae, idque virtute Spiritus Sancti, absque viri opera. Quin et non tantum naturam humanam quoad corpus assumpsit, verum etiam veram hominis animam, ut verus esset homo. Nam cum anima non minus quam corpus perdita esset, necesse fuit illum utrumque assumere, ut utrumque simul servaret. Confessio quum necessitatem docere videatur, qua Jesus per Spiritum S. nascetur extraordinarie, quo ipso peccati potestati eximeretur, non dubitamus quin illorum opinionem rejiceret, qui hominem in quavis actione etiam altera ratione agere potuisse enixe contendeant. Idem docet *Catechesis religionis Christianae*¹⁾.

Saeculi XVII fine, a°. 1690, a MICHAËLE WALTHERO, Theologiae Doctore et professore Vitebergensi, editi sunt duo tractatus, quorum prior agit de dissimilitudine ortus nostri et Christi hominis, alter de ἀναμάρτησις Christi hominis. Hunc composuit, ut probaret Jesum fuisse ἀναμάρτητον illamque vindicaret do-

1) Qu. et resp. XV, XVI, XVIII, XXXV.

ctrinam ab argutiis Arminianis ac Scholasticis. Variarum opinionum conspectum historicum, cuius magnam partem in nostros usus convertere potuimus, uberior sequitur atque acuta refutatio illorum errorum. Enixe negans Jcsum potuisse sollicitari, sententiae inimicus est, quae Jesum potuisse peccare affirmat. Provocantes ad S. Scripturam, quae adeo perspicue tentationum, quibus Jesus subjectus erat, mentionem ubique facit, praevertens, exclamat: „equidem qui sunt in contraria sententia, Christum tentari, et in temptatione, non corroboratum ab Angelo, succumbere, denique aliter quam voluit Pater Deus velle potuisse, ex Matth. IV:1 sqq. Lue. XXII:43, Matth. XXVI:39 opponunt.” Nos quum videamus auctorem nostrum argumenta optime novisse, quae contra sententiam suam pugnant, lubenter exploramus, quodecumque adversus illa testimonia quam gravissima proferre potuerit. „Prioribus locis,” ait, „nihil effici, facile intelligitur. Nam Christus temptatione Diabolica quidem ad peccatum sollicitari, non autem superari atque peccare potuit. Nec corroboratus ab angelo fuit, ne peccaret; sed quod trepidaret coram judicio divino, onere peccatorum totius mundi gravatus.” Ut videamus necesse est, Waltherum, semet ipsum refutantem, hic concedere videri, Christum ad peccatum sollicitari potuisse, et deinde Christum revera adjuvari debuisse, non eo consilio, ut non peccaret, sed ut non amplius trepidaret!!

„Ultimus locus,” sic pergit auctor, „etsi majorem difficultatem habet, tamen accurate consideratus, non obest veritati nostrae doctrinae. Oravit Christus, ut

calix acerbissimae passionis a se transiret, si fieri posset. Et optavisse videtur, Patrem suum desinere velle, quod volebat, hoc argumento, quod posset, si vellet, Marc. XIV: 36, Luc. XXII: 42. Verum quod displacebat inefficaciter volenti, illud subire non detrectavit, Patri obediens, redemptor noster." Auctorem iterum alio transferre controversiam, satis patet. Non enim causas quaerimus, quibus motus Jesus speraverit, fore ut a se passio transiret, quae causae praesto sunt, mortis sc. metus, qui omnibus certe hominibus proprius est. Sed rogamus qua tandem ratione, nisi in pectore Domini pugna accepta, illud sperare potuerit. Luculenter igitur difficultates vitantur, idque non tantum hoc loco, sed in toto specimine.

Hisec autem vitiis haud obstantibus Waltheri tractatus multis laudibus efferebatur. Facultas theologica academiae Eberhardinae a° 1717 decrevit, ut JOHANNES DANIEL KUTTGE, Waltheri discipulus, hoc opus locupletaret. Waltherus enim, ita judicabant theologi, brevior fuerat in defendenda impeccabilitate ipsa, et in ea vindicanda ab Arminianorum pariter ac Scholasticorum argutiis, quia, (quod, ut vir praeclarus excusaretur, addebat) sine dubio gravioribus negotiis avocatus esset, ne quisquiliis istis omni ex parte everrendis diutius immoraretur.

Kuttgii methodus, qui „accessiones" suas, humilitate ductus, ipse vocat „paginas vilissimas," tantum dogmatica est, cuius argumentandi rationis hoc unum exemplum afferam. Mentionem faciens concordiae impeccabilitatis et libertatis Christi „ut nihil nunc dicam, inquit, de necessitate consequentis et consequen-

tiae, absoluta et hypothetica: eodem recidit distinctio illa *Sensus Compositi ac Divisi*; utut haec pluribus abusibus obnoxia sit quam priores. Contra quos tamen observandum, quod quando dicimus, Christum non potuisse velle non mori in sensu composito, bene tamen in sensu diviso praecepti: id non sit ita intelligendum, quasi Christus nullam habuerit potentiam non moriendi, supposito praecepto mortis; sed saltem habuisset potentiam, illo praecepto sublato: ista enim plane non est mens nostra, sed *haec*: quod sc. Christus, etiamsi vi suae impeccabilitatis, non potuerit cum praecepto moriendi conjungere actualem negationem mortis, tamen etiam stante praecepto, habuerit potentiam ad negationem mortis *divisam s. abstrahentem* a praecepto. Adcoque Christus durante praecepto, quo obligabatur ad mortem, nihilominus potuit absolute velle negationem mortis, ut abstrahentem ab illo praecepto, sive ut secundum se praeceps sumtam, consequenter potuit velle non mori, quod ad *libertatem* sufficit. Interim idem Christus non potuit velle negationem mortis, ut conjungendam cum praecepto moriendi, sed saltem ut abstrahentem ab illo, qua ratione salvatur cum libertate, ipsa quoque impeccabilitas¹⁾."

Halis a° 1740, non vero a° 1753, quemadmodum referunt libri multi, prodiit commentatio de *ἀναμερτησίᾳ* Christi ejusque necessitate, quae vulgo quidem professori celeberrimo S. J. BAUMGARTENIO Halensi tribuitur, sed revera illo praeside atque adjutore a CAROLO LOD. HOEVELIO discipulo ejus composita est.

1) Accessiones. Tüb. 1717. Sect. LVI, Cap. IX p. 90.

Hacce commentatio in duas partes divisa est, quarum prior necessitatem ostendit τῆς ἀναμφιστίας Christi, quam constructam unioni personali humanae naturae cum divina altera pars vindicat. Hujus operis auctor Scholastice acutus, sagax orthodoxus probandi methodum seqnitur Wolfianam. Mirum igitur nobis non est, quod hanc invenimus definitionem τῆς ἀναμφιστίας: „plena nimirum absentia omnis et originalis et actualis aberrationis actionum liberarum a lege Dei, et omnimoda e contrario cum ea convenientiae praesentia.” Qua e definitione nobis jam conspicuum est, etiam Hoevelium dignum discipulum fuisse Baumgartenii, propugnatoris proverbii: *qui bene distinguit, bene docet.* Cujus observationis veritatem optime videmus, illius viri divisionis τῆς ἀναμφιστίας ratione habita. Eam dividit in necessariam sive contingentem, hanc in absolute sive hypothetice necessariam, illam in naturalem et supernaturalem, utramque rursus in antecedentem et consequentem. Absolute necessaria Deo convenit, ac dicitur sanctitas, hypothetice necessaria tantum Christo secundum naturam ejus humanam cum divina junetam. Quum Christus ut homo i. e. ut natura finita cogitans, ac volens ἀναμφίπτωτος sit, fruatur ἀναμφιστία contingentia; quum ea e natura ejus possit explicari, naturalis est, et, quia nullius omnino peccati possit accusari atque ergo per totam vitam ἀναμφίπτωτος esset, antecedens et consequens.

Tamquam specimen methodi auctoris nostri hanc expositionem retulimus. Conspicuum sane est, eum sedulum asseclam fuisse methodi Scholasticae, qua Jesum ἀναμφίπτωτον fuisse se probare posse arbitratus

est. Quam vero methodum gravissimis laborare vitiis, ut ostendam non opus est.

Etiam ex hac commentatione nobis patet, tunc temporis theologos universe sententiam amplexos fuisse, Jesum non potuisse peccare, quod ut probarent eandem applicare solebant argumentandi methodum.

Hi scriptores tertiac periodo finem imponunt¹⁾.

§ IV.

PERIODUS QUARTA.

A saeculo XVIII fere medio ad nostros dies usque.

Restat periodus quarta, postquam egimus de tribus periodis magnis historiae opinionum variarum de Iesu ἀναμαρτήτῳ. Fruetus, quos disquisitio hucusque peracta nobis attulit, universe nobis non satisfaciunt. Res nondum ad finem perducta est, quaestio contra adhuc versatur in eadem conditione. Qua ratione η ἀναμαρτησία absoluta concilianda sit naturae perfecte humanae, qua ratione η ἀναμαρτησία, momentum ethicum, jungenda sit momento religioso, quonam tandem modo ea proponenda sint, quae ad τὴν ἀναμαρτησίαν spectant, harum omnium quaestionum difficultatem theologi hucusque vix sensisse videntur. Haec enim problemata hucusque nondum satis tractata erant. Quum

1) Conf. porro Joh. Gerhardus (Locc. theoll. t. III p. 373) et Buddeus (Compend. theol. dogm. § 497).

sc. spiritus inquirendi ad Reformationem usque vinctus esset, et homines vel in sententiis suis vinculis strin gerentur, ex rei indole sponte sequitur, illis temporibus neminem rem indagasse, quae certo certius constare videbatur, quia de ea ecclesia locuta erat. Post Reformationem autem theologi aliis rebus operam impendebant, quae quum ad finem perductae essent, jam dogmatismus libris symbolicis magna ex parte libertatem inquirendi sustulerat. Ita erat ad initium usque nostrae periodi. Tunc vero temporis LESSINGIUS prodiit, a quo profundae quieti finis impositus est et bellum motum, quod pacem excitaret, magno quidem emptam fructus tamen afferentem plurimos. Eo consilio in aedificium ignem projecit, ut instrumenta quibus ignis extingueretur ordine meliori conservarentur, et omnia praefringerentur, quaecumque ipsius aedificii non essent. Quod consilium assecutus est. *Fragmenta Guelpherbytana*, ab eo edita a° 1774—1778 magnam concitarunt seditionem, quae longe lateque se extendens omnes ad pugnam vocavit viros armis aptos, quae pugna magna animi concitatione pugnata est¹⁾). Omni sane dubio majus est HERMANNUM SAMUELEM REIMARUM, professorem Hamburgensem horum fragmentorum auctorem esse. Quae fragmenta religionem Christianam universe aggressa sunt, et praesertim contra Jesu protestantiam religiosam dubia protulerunt. Haec dubia hic in censem veniunt.

Affirmat Reimarus²⁾), Jesum sibi non propositum

1) Conf. C. Schwarz, Lessing als Theologe dargestellt, Hal. 1854.

2) „Von dem Zwecke Jesu und seiner Jünger. Noch ein Fragment

fuisse docere mysteria et novas fidei formulas. Doctrinam tantum docuit moralem. Neque legem Mosaicam abrogandam statuit Dominus, omnibus enim nominibus Judaeus erat. Discipulis munus demandavit Evangelium annuntiandi Israëlitis, minime vero aliis gentibus, diserte declarans se tantum missum esse ad oves perditas domus Israëlis. Quibus effatis pugnat Matth. XXVIII : 19. Quodsi Jesus illud effatum revera edidisset, quam tandem ob causam haesitasset Petrus, quin ad Cornelium se conferret, cur alii apostoli aegre tulissent, eum visione accepta abiisse, quare denique non ad illud ipsum effatum Matth. XXVIII : 19 provocasset. Jesus neque ipse homines baptismio initavit, neque ut discipuli baptizarent jussit, quia minime in animo ejus erat condere novam religionem. Religionem Mosaicam vel uno nomine se mutare velle, numquam Jesus significavit. S. Coena tantum Pascha Judaicum est, quo festo celebrando Dominus suos invitavit, ut sui memores essent. Quibus omnibus dictis satis patet auctorem fragmentorum ἀναμνησίαν Jesu negandam esse statuisse.¹⁾

Multos operi manus admovisse, ut observationes

des Wolfenbüttelschen Ungenannten. Herausgegeben von G. E. Lessing." Berl. 1788, 4. p. 10—65, 66—117. sqq.

1) „Jesus“ ita ille ratione habita Lue. XXIV : 21, „war also kein Erlöser des menschlichen Geschlechtes, der durch sein Leiden und Sterben die Sünde der ganzen Welt tilgen sollte, sondern ein Erlöser des Volks Israel von der weltlichen Knechtschaft, welchen sie sich beständig in Jesu vorgestellet, und um so mehr an ihm gehoffet, als er mächtig gewesen in Thaten und Worten, und auch davor bey allem Volke angesehen gewesen. Und darin bestehet ihre fehlgeschlagene Hoffnung.“ Conf. p. 116 sqq.

fragmentorum impugnarent casque plane mutiles esse probarent, historia docet. Götzius in primis omnem suam impedit operam, ut consilium Reimari refutaret.

Quaestionem illis saltem temporibus minus gravem tractavit ERNSTEINUS, qui a° 1787 opinionem defendit, qua Servatorem nostrum non potuisse peccare statuit, quod DOEDERLEINUS negarat. Decem annis post, saec. XVIII fine, de praestantia Jesu morali ac religiosa ejusdemque dignitate divina edidit elegantem descriptionem PH. A. STAFFERUS, qui sibi proposuerat missionem Domini divinam ex illius charactere probare. De cadem fere rc J. L. EWALDUS egit.

Aliquamdiu ante commentationem ediderat WEBERUS sub titulo: „virtutis Jesu integritas neque ex ipsius professionibus, neque ex actionibus doceri potest.” Quo ex opere jure officimus Weberum ad eos pertinuisse, qui Jesum potuisse peccare contendunt. Affirmat quidem Jesum ἀναμάρτυτον fuisse, quod autem probandum tantum censet apostolorum testimoniis, quippe qui Dei Spiritu ducti, quasi Deus ipse loqueretur, veritatem locuti sunt. Apud hunc auctorem igitur methodus, qua probatur Jesum ἀναμάρτυτον fuisse, alia prorsus fit, quam antea fuerat. Non amplius probatur e verbis Jesu, actionibus, testimoniis de se ipso, quorum veritas tum demum plane patet, si aliunde constet, Christum veritatem revera dicere potuisse ac voluisse. Jesum veritatem revera dixisse Weberus itaque ex effatis apostolorum probandum esse duxit.

Saeculum XVIII et initium saec. XIX certis notatur indiciis. Tunc enim temporis surrexerunt Illuminatores, qui Rationalistae, Encyclopaedistae, Deistae

dicti multa labefactarunt, quae hucusque firma visa erant. Quemadmodum auctor fragmentorum Guelpherbytanorum e consilio Jesu et apostolorum argumentasse petere posse arbitratus erat, quibus ἀναμαρτυσίαιν Jesu posset impugnare, ita critici saeculi XIX res alias quaesiverunt atque invenerunt, indefessi in exercenda arte critica q. d. Rationalistica. Qua de arte critica tamen hic uberius agere non opus est, cum quia eorum dubia singularia postea explorabimus, tum quia universe de eorum methodo jam dudum sententia lata est. Quod ergo prorogamus, properantes ad eum, qui in tota Theologia et praesertim in Christologia ac doctrina de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ res plane novas molitus est. Significamus principem theologiae recentioris SCHLEIERMACHERUM, ejus opus „der Christliche Glaube” aº. 1821, 1830, 1835 editum, hic praecipue in censum venit. Laborum Rationalistarum ratione habita ei persuasissimum erat, facta, quae a S. auctoriis narrantur, itidem igitur ἀναμαρτυσίαιν Jesu, non probari posse via usitata, vulgo historica dicta. Eo auctore ea fides perielitabatur, quae factis nitebatur historicis, quare alia prorsus ratione cum Christum reddere objectum fidei, tum in tuto collocare doctrinam de Jesu ἀναμαρτήτῳ speculative conatus est. Praeterea sibi proposuit argumento gravissimo, quod tunc temporis quam maxime valens considerari solebat, conscientia sc. temporis sui illam probare ἀναμαρτησίαν, utpote quae eo opinante caput praeceps erat religionis Christianae. Notionem Jesu Christi itaque neutiquam e relationibus aequalium Jesu petebat, minime ex iis, quae fontem unicum vitae Domini

constituunt, sed e conscientia, quae tunc temporis invalescebat, Christiana. Profitetur se tamquam socium ecclesiae Christianae in se observare conscientiam Dei tam validam, ut eam a nullo alio derivare possit, quam a quodam homine religiose perfecto, cuius imago perpetuo ecclesiae inhaeret. Adversus hanc assertionem nostra experientia pugnat, qua nostram conscientiam Dei non perfectam esse videmus, quippe quae, quodsi omnino adaequata esset naturae Dei, statim omnibus litibus finem imponeret, quare non absolute necesse est, ut haec nostra conscientia Dei derivetur ab homine religiose perfecto.

Num fortasse Schleiermacheri conatus, quo necessitatem probaret $\tau\bar{\eta}\varsigma \alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\varsigma\iota\alpha\varsigma$, ei melius successit? Affirmat, peccato, quod ab uno ad alterum transierat, genus humanum ethice adeo corruptum fuisse, ut sibi ipsi afferre auxilium non posset, quare, nisi interventu mirifico, etiam Servator e sinu ejus nasci non potuit. Postulabatur itaque actio Dei extraordinaria omnipotentiae, qua prodiret homo, qui universe prorsus a peccato liber esset. Haec explicatio supranaturalis $\tau\bar{\eta}\varsigma \alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\varsigma\iota\alpha\varsigma$ nequaquam convenit Schleiermacheri mundi contemplationi dynamicae, et nobis ostendit eum commisisse vitium, quod evitare studuit. Jesum enim $\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\varsigma\iota\alpha\varsigma$ fuisse philosophice probare sibi proposuerat, neque sequens viam usitatam historicam, neque ad auxilium vocans factores extraordinarios ac mechanicos. Quapropter methodus Schleiermacheri, qua Jesum $\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\varsigma\iota\alpha\varsigma$ fuisse probaret, improbanda est¹⁾.

1) Conf. H. Lang (Gang durch die Chr. Welt, 1859), qui expositio-

Quam vero methodum, licet initio a Supranaturalistis et Rationalistis simul damnatam ac rejectam, mox plurimos secutos esse, hodieque a multis theologis defendi, satis superque historia testatur. Vis enim, quam exercuit Schleiermacherus, in multis operibus optime conspicua est. Eam vim observare licet in comminatione composita a° 1834 a J. G. RÄTZIO, qui Divinitatem Jesu sanctitatem ejus ac miraculis probari posse censem. Quae facta autem, quia per se spectata, tamquam a legibus naturae deflectentia negari possint sive in dubium vocari, ratione habita sanctitatis, quae a persona Jesu ac vita affulget, accipienda esse ostendere conatus est. Affirmat Rätzius sanctitatem in doctrina et operibus patefactam, si illa principiis ethico-religiosis intellectus congruit, quoad se ipsam refert, accipiendam esse. Quam si quis negaret, simul conscientia Dei et lex moralis illi neganda esset. Simul ac quis Christum agnovit sanctum, etiam miracula sancta fiunt, quia Sanctus mentiri nequit.

Jam aliquot annis ante, a° 1828, prodierat in opere periodico theologico „*Studien und Kritiken*” commenatio memorabilis „Ueber die Unsündlichkeit Jesu,” quae commentatio postea Hamburgi a° 1833 edita, sub titulo „Ueber die Sündlosigkeit Jesu” a° 1853 sexta vice prodiit. Bis in sermonem vernaculum translata est, quam disquisitionem ULLMANNUS conscri-

nem Schleiermacheri exhibet accuratam, quam satis exquisitam habet etiam Alex. Schweizerus. Antea (*Stud. und Krit. a° 1834*) etiam hic necessitatem τῆς ἀναμαρτυρίας absolutae Christi probare conatus erat, idque e notione conditoris religionis, quae destinata erat ad religionem humani generis et totius mundi.

psit. Nequaquam, ut alii statuere solebant, Jesum *ἀναμάρτητον* fuisse e miraculis probandum censem, ei enim persuasissimum erat miracula potius excitare dubium quam fidem. Opus suum dividit in quatuor partes, quarum prior Jesum *ἀναμάρτητον* fuisse positive probat, altera effectus exponit religionis Christianae, et illorum pretium in probanda Jesu *ἀναμάρτησις*, tertia dubia prolata indagat, et quarta e dictis concludit ad personam Jesu ejusdemque relationem eum humano genere. Operi additus est epilogus de historia temptationis. Ullmanni operis virtutes jam saepius laudatae sunt¹⁾, quare tantum de vitiis ejus agam. In probanda *ἀναμάρτησις* Jesu methodum usitatam historicam secutus est, quamquam haec argumentandi ratio tantum eos convincit, qui Evangeliorum axiopistiam in omnibus accipiemad esse contendunt. Sequitur igitur Ullmannum, si quis Evangeliorum axiopistiam negans ab eo petit, ut sibi probet Jesum *ἀναμάρτητον* fuisse, hanc quaestionem non omnibus nominibus solvere posse. Praeterea accuratam inquisitionem doctrinae Novi Foe-deris de Jesu *ἀναμάρτητῳ* non instituit, probavit quidem S. auctorum ratione habita Jesum *ἀναμάρτητον* fuisse, sed non de industria exposuit doctrinam illorum auctorum de hac re. Norma ejus, qua de dubiis in medium prolatis sententiam tulit, saepe arbitraria dicenda est, ars ejus critica defunctoria. Neque successisse mihi videtur expositio significationis, quae temptationibus ad peccatum, quibus Jesus *ἀναμάρτητος* sub-

1) Conf. vir clar. J. F. v. Oordt in „Waarheid in Liefde“ a. 1833. I. p. 177—224.

jectus erat, tribuenda est. Denique, edito Pecautii opere, commentatio ejus non amplius consilio satisfacit, quod eo scribendo ipse sibi proposuerat.

Adversus Ullmannum surrexit a° 1835-1837 CHRIST. FRID. FRITZSCHIUS in commentationibus de ἀναμφτησίᾳ Jesu Christi IV, Halis editis. In summa Webero conveniens ab Hoevelio et in primis Ullmanno differt, qui, quemadmodum jam vidimus, sibi prae-assertim proposuerat argumentis historicis probare Jesum ἀναμφτητὸν fuisse. His autem argumentis, e quorum numero Jesu ipsius effata priorem locum tenere statuerat Ullmannus, nullo modo hanc ἀναμφτησίαν posse probari ostendere conatur Fritzschius. Apostolorum vero testimoniis magnum pretium tribuendum esse contendit. Quapropter efficiendum est, ut idonea argumen-ta suppetant, quibus ducti Apostolorum verbis fidem habeamus. Quae suppetere affirmat Fritzschius, si divina Servator auctoritate splendet, qui legatos suos decretorum divinorum interpretes esse voluit, ab errandi periculo, quoniam a Spiritu divino regerentur, liberos. Splendet autem ille divina auctoritate, si prophetarum vaticinia et Jesu miracula idonea, quibus Christi divina legatio comprobetur, argumenta sunt. Illa argumenta idonea esse huic consilio contendit auctor.

Sicut antea DIPPELIUS¹⁾ et POIRETIUS²⁾, ita nostro

1) Joh. Conrad. Dippel, † 1734, nomine Democritus Christianus, mysticus erat.

2) Pierre Poiret, † 1719, mysticus. Seripsit „Economie divine, ou système universel.” V. t. Amst. 1687.

saeculo EDUARDUS IRVINGIUS¹⁾ et MENKENIUS²⁾ sententias de Jesu Christo defenderunt, quibus omnes fere theologi oblocuti sunt. Quemadmodum omnes homines nascuntur eum vitio peccati originalis, etiam Christum hujus peccati universalis participem fuisse statuerunt, ita ut etiam ei stabulum Augiae — verba sunt Baumgartenii-Crusii — naturae humanae purgandum fuerit.

Ullmanni vestigiis partim ingressus est CAROLUS HASIUS³⁾, eius assertio, ἀναμαρτυσίου Jesu tantum explicandam esse e factoribus mechanicis, pugnare videtur alii effato, quo contendit Jesum, ut primum hominem, labi potuisse seu victoriam reportare. Quodsi enim ortus Jesu divinus ei attulerit τὴν ἀναμαρτυσίαν, τόδι posse peccare ei numquam fuit. Illa dubia, quae contra characterem Jesu moralem ac religiosum prolatasunt, disquisitione magis accurata evanescunt. Argumenta vero objective historica, pro ἀναμαρτυσίᾳ ejus pugnantia, tantum vim habent mediatam. Evangeliorum omnia testimonia tantum probant Jesum hominem fuisse optime probum, nil majus, quam ex indole rei idem significant quod de Socrate effatum Xenophontis. Neque multum valet argumentum, ex effectu morali religionis Christianae petitum. Magis valent Jesu ipsius testimonia de se ipso⁴⁾.

1) † 1835. Auctor operis „Human nature of Christ.”

2) „Homilien über das 9. u. 10. Cap. des Briefs an die Hebräer, Bremen 1831.”

3) „Streitschriften,” a° 1837, et „Leben Jesu.” Ed. 1a. a° 1829, 4a a° 1854.

4) Hasius prae caeteris opinionem defendit, qua ἀναμαρτυσίου Jesu in luce unitatis cum Deo considerandam esse statuimus. Quae unitas,

Permulti auctores his ipsis annis et postea de Jesu
ἀναμερτήτῳ egerunt, quos tamen magna ex parte si-
 lentio praeterimus, quum idem fere referant, quod
 jam alii nos docuerunt¹⁾). Antequam vero transimus
 ad recentiores, quorum opiniones etiam nunc defen-
 duntur, animadvertisamus ad illos theologos, qui He-
 gelii schola oriundi in theologiam magnam exercerent
 vim. DAVIDEM FRIDERICUM STRAUSSIUM²⁾ p[re] cae-
 teros significamus et theologos TUBINGENSES.

Negans plenitudinum ideae in uno exemplari effundi,
 omnia reducit Straussius ad totalitatem, ad ideam, quo
 facto ad assertionem coactus est, eum, qui primus in
 aliqua re sit, non posse esse perfectum. Praeterea
 contendit ideae rationem ejusmodi esse, ut non in sin-
 gulis, sed in genere tantum, (in totalitate individu-
 orum tantum) consistere possit, (realis fiat)³⁾. Quo

quominus amor erga Deum umquam per peccatum turbetur, omnino pro-
 hibet. „Dies ist,” ita pergit in opere „Leben Jesu” p. 62, „die verbor-
 gene Wahrheit in der vor Alters gewöhnlichen Ableitung der Unsünd-
 lichkeit aus der Gottheit Christi, oder nach ihrer späteren Wendung aus
 dem Zeugnisse Gottes für seine Sündlosigkeit. Aber wie Jesus nicht
 vor dem Tode sittlich vollendet war (Phil. 2, 8 s., Hebr. 2, 9 s.) so
 ist auch seine Vollkommenheit nur eine menschlich beschränkte, daher
 Gott allein vollkommen gut. Mtt. 19, 16.”

1) Ullmann „Polemisches in Betr. d. Sündl. J. mit bes. Bezieh. auf
 Fr. u. Strauss” 1842; C. Tischendorf „Diss. erit. et exeg. de Mt. 19, 16.”
 1840; K. Wimmer „über Mt. 19, 16—22;” Dochner „de dictis aliquot
 J. C. quae & ejus infringere videantur” 1840; Vogelsang „de & J. C.
 testimonio Judae preditoris confirm.” 1839; Steinert „de indele precum
 Domini;” Dandiran „Essai sur la Divinité du Caractère moral de J. C.” 1850.

2) „Das Leben Jesu” Ed. 1^a 1835, 3^a 1838; „die Christl. Glaubens-
 lehre” 1841.

3) Conf. H. E. Vinke „Theol. Chr. Dogm. Comp.” 1854. T. II. P. II.
 Sect. II. Segm. II. § 2. p. 139.

fundamento philosopho negat Jesum ἀναμάρτυτον fuisse. Argumenta, quibus vulgo ἡ ἀναμάρτυτις probatur, nullius momenti habet. Eam vulgo probari dicit origine Jesu divina, vel argumentis philosophis, vel effatis S. auctorum. Quod attinet ad priorem methodum, observat hanc originem probari non posse, et per se spectatam, quum miraculum sit, negandam esse. Quodsi tamen vera esset, non sequitur Jesum absolute perfectum fuisse, si divinitus enim oriundus fuisset, Deus fuisset, non homo. Si contra homo fuerit, non Deus fuit, neque igitur absolute perfectus¹⁾). Neque philosophia ἀναμάρτυτικην Jesu probare potest. Perfectio enim absoluta limitibus hominis finiti includi nequit, quare ipsa philosophia methodum damnat, quae philosophice τὴν ἀναμάρτυτικην defendere conatur. Hanc methodum secutus erat Schleiermacherus. Quae res illi minime cessit. Fure Straussius exponit hujus methodi vilitatem, praecipue rationem habens argumentationis Schleiermacheri q. d. in circulo. Hic enim con-

1) „Provocat Straussius ad RÖHRS librum „Briefe über den Rationalismus“ p. 26: „Der Supranaturalist, ita hic, wenn er consequent ist, zu welchem werthund verdienstlosen Wesen macht er Christus nicht! Da steht dieser Gottessohn als ein vom Himmel gefallenes Palladium in menschlicher Gestalt, als eine von der Gottheit zugerichtete heilige Maschine, in welcher alle geistigen Wirkungen durch einen übernatürlichen Mechanismus zu Stande kommen. Was den Menschen gross, edel und erhaben macht, Freiheit und Selbstthätigkeit, kommt ihm nicht zu; nichts von alle dem, was Grosses und Herrliches durch ihn zu Stande kommt, kann ihm selbst zugeschrieben werden: er ist weise, weil die göttliche Weisheit in ihm wohnt, er handelt sittlich vollkommen, weil er nicht fehlen noch sündigen kann.“ Conf. KANT „der Streit der Facultäten“ („vermischte Schriften,“ III. p. 511 sqq.)

tenderat explicationem humanam omnino puram fieri *posse*, quia hoc factum *est* in Jesu. Factum *est* in Jesu, quia in eo hoc sieri *debebat*. Hanc autem necessitatem revera non adesse probat Straussius, quo ipso Schleiermacheri tota Christologia subruitur. Jure statuit Straussius, methodo philosopha Schleiermacheri deleta, ipsam illam methodum profligatam esse, quia eam nemo melius quam Schleiermacherus ipse defendit. Argumenta denique exegetica, pro perfectione absoluta Jesu pugnantia, itidem parvi aestimanda sunt. Quid enim probant effata quam gravissima Pauli, qui ipse Jesum numquam novit? Sed minime adsunt effata quam gravissima, adsunt tantum quaedam antitheses rhetoricae. Assertione Jesum Christum nullum novisse peccatum, 2 Cor. V:21, apostolus tantum significat, Jesum non propter sua crimina morte dignum fuisse. Neque plura insunt effatis 1 Petr. I:19, Hebr. VII:26 et 1 Joh. III:5; spectant enim ad puritatem Leviticam. Effato suo „ὅς ἀμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν” Petrus tantum adhibet Jes. LIII:9 tamquam vaticinium Messianum. Quae effata igitur parum probant. Etiamsi vero aeque historica essent, ut typica sunt et dogmatica, etiamsi oriunda essent e scriptis apostolorum Jesu, unde non orta sunt, nihil tamen magis significare possent, quam illud testimonium Xenophontis de Socrate. Numquam vero Socrati tribuerunt ἀναμαρτηταν. De ἀναμαρτητῳ sua tantum δ ἀναμάρτητος ipse testimonium, quod omnino valet, edere potest. Illud igitur testimonium de Jesu ἀναμαρτῆτῳ edere non potuerunt apostoli; de se ipse edidit Jesus, ut e Joh. VIII:46 efficitur. Praeter quam vero quod vox ἀναμάρτια h. l.

tantum, ut e contextu patet, *errorem* significat, non vero *peccatum*, hoc sane constat, experientiam Jesu non probare posse ejus ἀναμαρτησίαν. Haec ante constare debet, quam scimus, utrum fortasse se ipsum aut alios se fellerit. Eum neque se ipsum neque alios decipere voluisse, docet Matth. XIX : 17, quod testimonium multo majore fide dignum est, quam Joh. VIII : 46.

His argumentis refutatis doctrina de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ dissoluta est. Quomodo sibi ipse Jesum proponat Straussius, nunc breviter exponamus.¹⁾

Jesum neque auctorem, neque caput praecepit, sed tantum causam esse religionis Christianae, antea dowerat. Deinde eum agnovit heroēm religiosum. Omnia, quae exstant, humana religio superat. Christus, auctor religionis perfectae, omnes religionum auctores adeo superat, ut numquam quis eum aequiparare possit. Haec autem Christi praestantia religiosa huc reddit, cum unitatem divini atque humani omnium primum optime sensisse, ei omnium primo notionem puram Dei fuisse. Eatenus etiam Ullmannus hujus notionis Christi tamquam herois religiosi particeps est, quatenus in Homero, Sophocle, Shakespearo, Händelio, Gothio analogias observat, quibus praestantiam absolutam Jesu quodammodo explicare potest. Labor Straussii discipulos HEGELII²⁾ sibi ipsis detexit. Par-

1) Conf. „Freihafen“ 1838, item „zwei friedliche Blätter“ et „Leben Jesu“ t. II. Ed. 3a. 1838. Conf. C. Schwarz „zur Geschichte der neu-esten Theologie.“ Ed. 2. L. II. c. I.

2) Conf. Strauss „Die Chr. Glaubenslehre“ t. II. p. 219, 220 et Hegel „Phänomenolog.“ p. 572 sqq.

tem dextram instruxerunt GÖSCHEL, GÄBLER, BRUNO BAUER, medium tenuere locum SCHALLER, ROSENKRANZ, in parte denique sinistra fuerunt MICHELET, FRAUENSTÄDT, VISSCHER.

Inter theologos Tubingenses hic præc. caeteris in censem veniunt BAUR, ZELLER, SCHWEGLER, PLANCK, quorum hic tantum de quaestione perfectionis absolute Jesu de industria fuse egit. Quod attinet ad scholæ auctorem F. Chr. Baur, quomodo ille Christi personam proponendam esse censeat, non constat. Hoe autem certum est, eum ab erroribus discipulorum ad Magistrum nolle concludi. Licet illi in suis sententiis a vero aberraverint, Jesus non ita. Notione sua Dei prævidit fata doctrinae suae. Verba, quæ eloquentus est Dominus, verba erant vitae aeternæ. Universalismum q. d. tamen non docuit, quæ apud eum tantum potentia adfuit. Hactenus Baurii¹⁾ opinionem E. Zeller²⁾ et A. Schwegler³⁾ amplexi sunt. Zeller Jesum agnovit personam quam maxime sublimem ingenii animique dotibus, hominem quam maxime perfectum, qui nobis in historia obviam it, non tamen eum majoris facit, quam interpretem conscientiae humanae. Schwegler tantum observat, se de industria non fuse de persona Domini ejusdemque consilio egisse,

1) „Das Chrthum und die Chr. Kirche der 3 ersten Jahrh.“ Ed. 2. 1860. p. 35 sqq.

2) „Theologische Jahrbücher,“ ai 1843, p. 97—146.

3) „Das Nachapostolische Zeitalter“ t. I. p. 147, 148: „ein direchter Rückschluss von der Denkweise der Apostel auf die Person Christi ist nicht begründet.“ Conf. D. Harting „de Tüb. Godgel. School.“ in „Jaarb. voor Wet. Theol.“ T. V. p. 242—326, præcipue p. 273—278.

quum, quod postea patebit, nil certi hac de re e fontibus effici possit.

Uberius quam omnes theologi Tübingerenses et fusi de persona Jesu egit PLANCK¹⁾). Quamquam Jesus optime videret legem Mosaicam non ubique neque semper, neque omnibus posse valere, ei tamen lex illa nondum conciderat tamquam norma constituens. Quodsi enim Jesus revera tempus exspectasset, quo legem illam Mosaicam non amplius observarent homines, hanc sui conscientiam eloqui²⁾ debuisset. Si vero Jesus hanc conscientiam elocutus sit, Ebionitismus aenigma inexplicabile est. Quare statuendum est Jesum ipsum particularistam q. d. fuisse, cui ceremoniae et ritus theocratici tamquam facta historica omnino valebant. Ipse sententiarum Judaicarum de παρστιξ Messiae particeps erat, quae simulac veniret, et explicationem spiritualem et fata historiae continuo abscinderet.³⁾

1) „Das Princip des Ebionitismus“ in „Theol. Jahrr.“ II. p. 1 sqq.

2) „Wenn Jesus sich seines Princips, nach dessen durchgreifendem Gegensatze gegen das mosaische Gesetz, bewusst war, wenn er ferner eine Zeit erwartete, wo eine von ihm gegründete Gemeinschaft außerhalb der Theocratie und ohne das mosaische Gesetz bestehen würde, dann hätte er sich nothwendig darüber aussprechen müssen.“

3) „Nach allem dem erhellt nun nicht blos die Möglichkeit des Ebionitismus, sondern auch seine Nothwendigkeit als erste, ursprünglichste Form des Christenthums. Der Ebionitismus hielt unmittelbar fest an der Form des christlichen Princips, in welcher Jesus selbst es dargestellt hatte; er konnte gar nicht anders, wenn er nicht das religiöse Verhältniss zu Jesu als seinem Stifter aufheben wollte; und überdiess musste dasselbe Moment, das dem Bewusstsein Jesu seine eigenthümliche Gestaltung gab, nämlich die Achtung vor dem Positiven, Geschichtlichen, noch ebenso in dem Geiste seiner Jünger fortwirken.“

En sententiam de Jesu Christo latam ! Neque summe moralis fuit, neque religiosus. Tantum ille fuit, qui speraret fore ut legis vincula frangeret ac surgeret e particularismo. Res ei non cessit. Mors, quominus amplius res moliretur novas, eum prohibuit qui, nisi asseclae ejus eum immerito ad caelum usque extulissent, semper oblivione contritus fuisse.

Quum jam in eo simus, ut agamus de sententiis recentissimis, primum indagandum est, qui fructus disquisitione nostri argumenti nobis allati sint. Errores, quos observavimus, nobis viam monstrant, qua recte eas, quae etiam nostra aetate vim exercere pergunt, opiniones dijudicemus. Persuasio absque dubio universa facta est, per viam, qua e testimoniiis Jesu ipsius et apostolorum illum ἀναμαρτυρησθεντον fuisse probare studuerunt viri docti, hanc ἀναμαρτυρισιαν non ita posse probari, ut omnis omnino difficultas prorsus tollatur. Magis magisque multi defendunt sententiam, qua praestantiam Jesu moralem et religiosam prodiisse statuunt non adjutam factoribus mechanicis. Alii vero viam, quae hac in re ad veritatem potest ducere, reliquerunt, ut tantum e speculatione dialectica ratiocinarentur. Defunctorie agentes alii neganda esse statuerunt, quae cumque meliori instituta disquisitione vera habuissent. Multi τὴν ἀναμαρτυρισιαν mechanice proposuerunt, et quamquam nonnulli contemplationem urgerent dynamicam, fecerunt tamen haesitantes ac dubitantes. Quomodo τὸ non posse peccare jungendum sit τῷ posse non peccare, plerique nondum intellexerunt, dum universe minoris, quam par est, pretii explicationem Jesu moralem et religiosam fecerunt. Huensque nullus ad-

huc rectam opinionem de peccato proposuit, quod sc. e notione sua Dei magis minusve vitiosa efficiendum sit.

Videamus utrum et quatenus illae virtutes et hi errores apud recentissimos scriptores de Jesu ἀναμαρτῆσιν itidem inveniantur. In tres classes eos facile dividi posse censeo. Priori loco in censem veniunt, qui interpretationem propugnant supranaturalēm, secundo qui theologiae recentiori favent, denique qui τὴν ἀναμαρτῆσιν Jesu de industria impugnant, inter quos Peccatiūs his ipsis diebus primas agit partes.

Fautores primae opinionis, plurimi numero, Dominum extraordinariis natalibus e choro fratrum peccatorum excessisse, itaque origine divina potuisse non peccare contendunt¹⁾). Quaestionem, utrum Jesus, origine illa divina invita, peccare potuerit necne, variis modis solvere conati sunt. Qui rem arctissime stringunt, eum peccare potuisse negant. Alii contrarium statuentes naturam humanam Jesu a divina natura adjutam fuisse in pugna adversus peccatum arbitrantur. Methodus, qua τὴν ἀναμαρτῆσιν Jesu probandam esse censent, non omnibus eadem est. Nonnulli quidem putant τὴν ἀναμαρτῆσιν e testimoniis Jesu et apostolorum derivandam esse, et argumentum, quod cum e factis Jesu, quatenus e noto rerum ordine excedunt, tum ex iis, quae ei divinitus contigerunt, atque e praesagiis vaticiniisque efficitur, quam plurimum valens habent. Alii contra rationem, quae e cognitione personae Domini

1) Conf. J. J. van Oosterzee, „Christologic des Nieuwen Verbonds.” III. p. 189 sqq.

ad praestantiam divinam verborum ejus et actionum concludit, alteri valde preferendam ducunt. Hi deinde Domino ἀναμαρτυσίᾱͅ absolutam adscribunt, atque in eo omnem explicationem vel patefactionem fuisse negant. Illi vero quam maxime urgent hanc patefactionem, contendunt enim Deo soli ἀναμαρτυσίᾱͅ absolutam tribuendam esse. Omnes in eo tamen conveniunt, ut ἀναμαρτυσίᾱͅ Jesu miraculum, quod e legibus naturae excedit, inexplicabile habeant, quod tantum modo q. d. supranaturali probari potest.

Variam itidem rationem theologi, recentiores dicti, sequi solent, quos hic nomine excipere non necesse est. Attamen, ut eorum methodum et cogitandi rationem hac de re quodammodo exponam, perspicuitatis causa, illos theologos laudabo, e quorum scriptis quaedam ad nostros usus convertere possumus, cl. SCHOLTENIUM et HOEKSTRA.

Scholtenius¹⁾ affirmat historiam Jesum ut hominem annuntiare, in quo imago hominis perfecte ethico-religiosi eatenus realis facta est, quatenus explicatio hominis terrestris perfectioni accedere potest. Experiencia igitur historica nitens Christianus Jesum ἀναμάρτυτον agnoscit. Jesus tamquam ἀναμάρτυτος perspicue probat in uno saltem exemplari generis humani ideam hominis realem factam esse, ut ea idea deinde sensim paulatimque in caeteris pateficeret. Illa ἀναμαρτυσία

1) „De vrije wil.” 1859. Cap. IV. § 5. p. 190—197. „De leer der Herv. Kerk.” Ed. 3a 1855. II. p. 353 sqq. et pas-im. „Dogm. Chr. Initia.” Ed. 2. 1858. P. M. Cap. IV. praeferimus pag. 174, 175. Conf. praetera cl. KUENEN in Oratione eccl. de Hebr. II:10, et J. H. HERDERSCHEE in opere periodico „Godgel. Bijdr.” m. Mart. 1861.

quamquam nondum satis explicari possit, in miraculum tamen refugere nemini licet. Quia omnes peccaverunt, nondum sequitur absolute necesse esse, ut peccet quodvis exemplar generis humani, nemine excepto, ut nullus ἀναμάρτυτος posset esse. Contra opinionem, qua ἡ ἀναμάρτυσις sine miraculo fieri non posse statuitur, pugnant, 1°. observatio, hac opinione accepta concidere explicationem psychologicam, 2°. effatum antiquum, Gen. III: 15, in quo genus humanum vi, ei propria, peccatum vincere posse ac debere docetur, 3°. Pauli assertio, Rom. VIII: 3, adventum τοῦ ἀναμαρτύτου secum tulisse condemnationem peccati.

Quum perfectio absoluta naturae finitae inesse nequeat, sponte sequitur etiam Jesum semper creuisse vi morali. Historia praeterea docet Jesum ipsum plenam ideae realitatem q. d. in mundo demum altiori exspectasse, in quo, unoquoque peccati impetu victo, in honorem Dei viveret, Rom. VI: 10, ut tunc demum absolute et revera esset, quod poëta de idea hominis cecinerat¹).

Hoekstra²) Jesum omnino ἀναμάρτυτον fuisse docet.

1) „Boven die allen,” inquit Scholtenius pag 196 operis „de vrije wil,” „staat de ware mensch, Jezus de zoudeloze, maar nog niet als de absolut volmaakte mensch, in wieu de geest heerschappij voert zonder mocite en strijd, maar als de edele strijder, die de kracht der verzoeking bij ervaring leerde kennen, maar niet bezweek, en van de aarde scheidende, de hemelsche mensch is geworden, in wien de geest, niet meer in verbinding met vleesch en bloed, maar met een organisme, dat meer aan den geest beantwoordt (*σώμα πνευματικόν*), ongehinderd en oppermagtig heerscht (1 Cor. XV: 47.).”

2) „Oratio inauguralis.” 1857. Ed. Belg. p. 64—75. „Vrijheid in verband met zelfbewustheid, zedelijkhed en zonde.” 1858. p. 333—345.

Nos quominus ad veritatem religiosam pervenire possumus, peccatum prohibet; homo tamen absolute perfectus, sensu absoluto, norma est rerum omnium, cuius ratio perfecta rationis Dei imago est. Per illum veritatem invenire discimus. Regeneratio tune demum nobis contingere solet, quando imago hominis absolute perfecti non tantum nobis ante oculos versetur, verum quoque in anima nostra inseculpta sit. Quibusnam autem argumentis probanda sit perfectio illa absoluta, quaeritur. Nequaquam construendo historiam q. d. a priori, quod qui faciunt ideam sive notionem quandam, quae ut ajunt nostro spiritui propria esset, rem continere illam dicunt, quae iis illa notione necessario postulari videtur. Fecit Schleiermacherus. Tantum igitur aliorum testimentiis nobis persuasum est Jesum ἀναμάρτυτον fuisse. Perfectio absoluta Servatoris, sensu absoluto, probari nequit, sed objectum est fidei, verbis ipsis Jesu habitae. Quo sensu cl. Hoekstra auctoritatem agnoscit. Testimonia Jesu ipsius vere habemus, quia naturam ejus satis bene novimus, ut nobis compertum habeamus hunc hominem minime se ipsum, multo minus alios decipere potuisse. Constat Jesum semet ipsum ἀναμάρτυτον habuisse. Quum autem homo absolute perfectus, quod sponte sequitur, optimus interpres sit verborum et factorum suorum, effata Jesu de se ipso et de veritate, in ipso patefacta, in hoc examine priorem locum obtinent. Secundo loco adduntur verba apostolorum, tandem sententiae profistarum, et tota V. F. historia. Jesu effata, quae hic praesertim in censem veniunt, testimonia sunt, quibus testetur se 1°. et Patrem unum esse,

2°. absolvisse opus, quod Deus ipsi faciendum manda-
daverat,

3°. effigiem esse vitae perfecte humanae,

4°. exhibere imaginem Dei perfectam,

5°. humilem esse ac submissum. Numquam denique
a Deo peccati alicujus veniam petiit.

Quaerenti quomodo Hoekstra ἀναμαρτυσίαν Jesu proponendam esse censem, haec sufficient. Postquam ostendit ROMANIS conatum, quo ἀναμαρτυσίαν absolutam Jesu vindicaret, nullo miraculo accepto, minime cessisse, causam exponit, qua motus sententiam reciebat, quae Jesum habet heroēm religiosum. Quum tamen consilii disquisitionis suae ratione habita quaestio ἀνα-
μαρτυσίας Jesu ipsius parvi intersit, dilemma a se positum, non ultra explicat: aut ἡ ἀναμαρτυσία Jesu non absoluta fuit, non ea saltem, quae sine peccato facta est, aut in Jesu vires vim exercuerunt, quae eum a quovis alio homine discreverunt. Ἀναμαρτυσία Domini absoluta unice explicari potest, si liber a prae-
dispositione ad peccandum — hoc nomine Adami similius — vitam ingressus sit. Quia in mundo vitam degit, quo antithesis boni ac mali jam in lucem prodierat, ei non opus fuit, ut Adamo, utrumque experiri. In anima ejus prorsus pura antitheses veritatis atque erroris, pietatis ac peccati tam graviter se reflexerunt, ut liber esse potuerit ab unoquoque peccato et errore pratico.

Nobis dolet, quod consilium viri el. Hoekstra non secum tulerit, ut etiam naturam τῆς ἀναμαρτυσίας inquireret et ostenderet, quali ratione ἡ ἀναμαρτυσία ab-

soluta concilianda sit explicationi, quam Novi Foederis auctores Jesu adscribunt.

Ultimo loco mihi propositum est agere de iis, qui Jesum *ἀναμέρητον* fuisse enixe negant, sive in dubium vocant. Quibus prae caeteris annumerandus est PECAUTIUS¹⁾.

Postquam obiter egit de conditione hodierna theologiae in ecclesia Gallica Reformata prioribus epistolis VII, in epistolis, quae sequuntur, XX de Codicis S. et de Christi auctoritate loquitur. Quam accuratissime argumenta sua exponit, quibus ostendat locum, quem Christus tenet in Christianorum fide, tantum errore niti, neque probari posse. Probare conatur, etiamsi Christus nullo omnino modo nos inter et Deum intercedat,

1°. fidem fieri Deo q. d personali habitam,

2°. peccatorum remissionem,

3°. necessitudinem sive consuetudinem Christianorum.

Quibus dictis, quum iam pateat auctoritatem Christi tantum temporalem esse, nequaquam igitur necessariam, id certo certius constare observat, Jesum absolute *ἀναμέρητον* non fuisse. Quam autem sententiam primum argumentis philosophis, deinde historicis probat. Ut probetur ἡ *ἀναμέρησις* Jesu vulgo afferri dicit tres argumentorum classes, quarum probandi vim penitus labefactare conatur: ²⁾

1) „Le Christ et la Conscience, lettres à un pasteur sur l'autorité de la Bible et celle de Jésus-Christ, par Félix Pécaut.” 1859.

2) Jesum nonnumquam revera peccasse efficit Pecautius ex Lue. II: 41—52; Matth. III: 13—17; VIII: 28—34; XV: 22—28; Luk. IX: 59—62; Matth XIX: 11, 12; Lue VI: 20, XII: 33, XIV: 13, XVI:

- 1°. Jesus nullum omnino peccatum commisit,
- 2°. Ipse ad imperium singulare religionis ac moralitatis provocavit.
- 3°. Apostoli ei attribuerunt sanctitatem.

Pluribus sane nominibus hacc Pecautii impugnatio gravis dicenda est. Hucusque in historia variarum opinionum de Jesu Christo ἀναμαρτήτῳ nullum fere invenimus impetum, qui tam late longeque se extendens tot defensus est argumentis historicis. Nobis munus incumbit causas indagandi, quae ut Pecautii liber prodiret effecerunt. Primum igitur attendamus ad opiniones haesitantes et dubitantes de Jesu ἀναμαρτήτῳ, hucusque a theologis defensas. Secundo observandum est, nos nondum habere doctrinam de Jesu ἀναμαρτήτῳ, in qua omnia effata apostolica de hac re recepta sunt. Tertio in censem venit ratio, qua vulgo argumenta dijudicari solent, quibus οὐ ἀναμαρτυσίᾳ Jesu impugnatur. Quod ut probemus provocamus ad commentaria in Matth. XXI: 18, 19. coll. Marc. XI: 13, 14; Matth. VIII: 28—34. coll. Marc. V: 1—17 et Luc. VIII: 26—37; Matth. XIX: 17. coll. Marc. X: 18 et Luc. XVIII: 19. Quarto tenendum est, defunctione hucusque nexus τὴν ἀναμαρτησίαν Jesu inter ejusdemque explicationem humanam vulgo notari, et adhuc methodo, qua sufficienter Jesum ἀναμάρτυτον fuisse probatur, nos carere.

Haec omnia vitia, expositionem criticam doctrinae

9, 25, XVIII: 18—27, Matth. V: 3, VI: 19, 31—34; Lue. X: 12; Matth. XXVII: 46; deinde ex opinione, eventu decepta, se Messiam esse; e sententiis denique ejus de lege Mosaica.

de Jesu Christo ἀναμυητήτῳ exhibens, evitare conatus sum et deinde conabor. Utrum seu quatenus haec res mihi cesserit, viri docti benevole dijudicent. De industria publice profiteri non opus est, hanc commen-tationem meam specimen tantum esse solvendae illius quaestio-nis gravissimae, de qua lis adhuc sub judice est, quo vero specimine me rem absolvisse minime equidem puto. Quodsi huic rei, de qua egi, solven-dae aliquid contulerim, non prorsus inutilem me im-pendisse operam arbitrabor.

E P I L O G U S.

Disquisitio jam eo pervenit, ut ejus Pars II seque-
retur, in qua omnia dubia, quae contra Jesu ἀνα-
μερτησιαν in medium proleta sunt, accurato examini
critico subjicerentur. Propositum mihi erat, quem-
admodum in conspectu indicatur, primum agere de
dubiis historicis, deinde de argumentis philosophis.
Hucusque hoc consilium non assequi potui. Quapropter
iis breviter recensitis, de quibus jam locuti sumus,
principia et regulas exponemus, quorum de dubiis
judicantes rationem habebimus.

Inquisitio nostra doctrinae N. F. auctorum de Jesu
Christo ἀναμερτήτῳ persuasionem nobis attulit, non
tantum S. auctores Jesum ἀναμερτήτον habuisse, sed
etiam eos jure suo Dominum ita proposuisse. In oculos
incurrit, si satis constet S. auctores Jesum ἀνα-
μερτήτον habuisse, certo certius dubia historica, qui-
bus praeceteris Peccati rem suam defendit, parvi
esse momenti. Non enim quaeritur, utrum S. aucto-
res, quia hoc illudve magis minusve accurate com-
municaverint, errores induixerint necone, sed quid uni-
verse significaverint rogatur.

Prioribus saeculis religionis Christianae Christum tamquam Messiam etiam ἀναμάρτητον fuisse, e. g. Clementis Romani quae feruntur Homiliae docent¹⁾. Πρεφήτης δὲ ἀληθεῖας ἐστὶν ὁ πάντοτε πάντα εἰδὼς, τὰ μὲν γεγονότα ὡς ἔγένετο, τὰ δὲ γινόμενα ὡς γίνεται, τὰ δὲ ἐσόμενα ὡς ἔσται, ἀναμάρτητος, ἐλεήμων, μόνος τὴν ἀλήθειαν ὑφηγεῖσθαι πεπιστευομένος. Quo argumento sententiam rejiciendam esse patet, qua nonnulli secundum N. F. auctorum doctrinam Jesum non fuisse ἀναμάρτητον statuunt. Haec praeterea dubia, ad rem reducta, quam revera significant, non permagni sunt momenti. Ea objiciuntur miracula, quibus Jesus jus mancipii violasse videtur. Quae miracula si revera facta esse censemur, omni dubio majus est hic maiorem quemdam esse quam hominem, normam igitur, qua sententiam feramus, aliam esse debere. Si ea non facta sint, quo tandem consilio objiciuntur? Patet enim, quod jam supra ostendimus, S. auctores ipsos ea habuisse tamquam Jesu ἀναμάρτησια congruentia. Idem in censum veniat quod attinet ad Judae apostoli vocationem. Effata multa, ut Matth. XIX : 17, coll. Marc. X : 18, Matth. XXVI : 37—44, Matth. XXVII : 46 et al., contra Jesu ἀναμάρτησια minime pugnant, quod jam sequitur ex iis, quae de illis effatis supra dictum est²⁾.

Illa dubia, quae e Jesu consilio ita dicto petuntur, procul dubio quam gravissima sunt et permagni pretii. Jesu attribuuntur effata, e quibus particularismus

1) Conf. pag. 72.

2) P. I. Sect. I. § I. pag. 28—35, § III. pag. 64—69.

q. d. Judaica prodire videtur. Quibus effatis si nulla alia opponi possent, hanc sententiam ferremus necesse esset, Jesum e mente S. auctorum particularistam fuisse. Adsunt vero illa alia effata, quae etiam in Evangelio Matthaei inveniuntur. Quae si itidem in censem veniant res prorsum aliam formam accipit. Num praeterea ex opinione discipuli sententiam magistri tuto efficere licet? Quod quum certo certius fieri nequeat, sententias Judaicas, quibus Jesu discipuli adhuc induiti fuisse videntur, Jesu ipsi imputare non licet. Porro tenendum est probabilem esse sententiam, qua S. auctores, quatenus ipsi quodammodo particularistae fuerunt, ea fortasse effatae Jesu et illas actiones *νατ' ἐξοχήν* enarrasse statuuntur, e quibus principia minus universalistica prodire videbantur.

Hoc dubiorum historicorum ratione habita dictum est. Argumenta autem philosopha in primis circa hypothesis in ventur, qua homo, nisi divinitus adjutus, non absolute *ἀναμάρτυτος* esse posse censemur. Quem effectum supranaturalem hominem umquam expertum fuisse enixe negatur. Nobis jam notum est¹⁾ vocem „absolute” diversa usurpari significatione, dum ut nobis persuasum habeamus quid sit *ἀναμάρτυτος*, significatio vocis *ἀμαρτία* conspicua nobis esse debcat. Utriusque vocis significatione recta allata non admodum difficile esse existimamus praecipua dubia philosopha tollere. Lieet vero illam Jesu *ἀναμάρτυτον* satis superque probare possimus, attamen contenditur eam miraculum esse, quod, quum miracula fieri nequeant,

1) P. I. Sect. I. § II. β. pag. 44. coll. p. 12 sqq.

non factum est. Quid sit miraculum, etiam hie inquirendum est. Si miracula illa facta dicenda sunt, quae cognitione nostra nondum explicari possunt, contendere non dubito, Jesu ἀναμαρτυρίᾳ miraculum esse, quod quum ea miracula fieri omnino possint, itidem fieri potuit. Fieri enim possunt, licet ex ordine naturae nobis noto excedunt. Quodsi vero miraculum dicendum esset quodecumque a legibus, a Deo ipso positis, deflectit, et ordinem naturae, a Deo ipso constitutum, frangit, haec miracula fieri non posse equidem putarem, neque igitur facta esse. Jesu ἀγαμαρτυρίᾳ hoc sensu miraculum esse, probari nequit.

Quamquam Jesu ἀναμαρτυρίᾳ miraculum sit sensu supra dicto, attamen accipienda est, eoque magis analogiae aliorum hominum ratione habita. Vidimus¹⁾ etiam alios homines dici peccato mortuos esse, Rom. VI:2, debere πληρωθῆναι εἰς τὸν πλήρωμα τοῦ θεοῦ, Eph. III:19, peccatores fuisse, Rom. V:8, divinitus natos, 1 Joh. V:19, sanctos justosque esse, 1 Cor. I:2 et al. Ita facti esse dicuntur consuctudine Jesu Christi. In doctrina de Jesu Christo ἀναμαρτύτῳ haec analogia Christum inter et alios homines neutiquam negligenda est. Itidem in censum venit, quod jam contendit Ullmannus, hominem omnino perfecte moralē ac religiosum necessitudine conjunctum esse cum aliis hominibus, qui aliis nominibus altitudinem attigerunt mirandam, Dante e. g., Shakespeare, Göthe, Händel al. Deinde ad tempus, locum, populum attendamus, quibus Dominus oriundus erat. Quamquam denique

1) P. I. Sect. I. § II. γ. pag. 50 sqq.

explicatio supranaturalistica originis divinae Jesu ea forma, qua defenditur a multis, Jesu ἀναμερτησίαν probare nequeat, eam tamen aliquem omnino usum afferre equidem puto. Quibus causis ductus agere mihi proposui 1° de explicatione illa supranaturalistica, 2° de methodo, quam Straussius propugnat, 3° de methodo, quam Ewaldus defendit, qua praestantiam Jesu religiosam explicare conati sunt.

Haec observanda esse duco, ubi manus admoveo operi uberius agendi de dubiis prolatis. Quae autem praecedunt per se spectata opus absolutum haberi possunt, quandoquidem iis principiis, quae laudavimus, et ea doctrina N. F. auctorum de Jesu Christo ἀναμερτήτῳ, quam exposuimus, dubia historica et philosophica satis solvere possumus.

Ab illis opinionibus quam maxime diversis et hypothesibus tempus spectamus, quo pugna finita et pace inita principia Jesu Christi normam constituent moralem ac religiosam. Ad cum omnes pervenient, qui veritate quaerenda lassi sunt atque defessi; iis ille quietem comparabit. Tunc enim temporis amor non obstante magna opiniorum varietate, quae quamdiu homines sumus adest, non amplius damno afficietur. „Amat enim,” verba laudo BERNHARDI CLARAE-VALLENSIS, „immensitas, amat aeternitas, amat supereminens scientiae caritas, amat Deus, cuius magnitudinis non est finis, cuius sapientiae non est numerus, cuius pax exsuperat omnem intellectum.”



in new models. Some of which are quite
different from those of the old, and
other modifications. Then there is a
whole series of smaller and less important
variations, all of which are to be
seen in the sketchy portraits given. In some
of them the artist has tried to make
the figure look like a man, in others he
has tried to make him look like a woman,
and in others again he has tried to make
him look like a child. In some he has
tried to make him look like a man,
and in others he has tried to make
him look like a woman,
and in others again he has tried to make
him look like a child.

There is also a series of drawings
of people, mostly children, some of which
are very good, while others are not so good.
In some of them the artist has tried to
make the figure look like a man,
and in others he has tried to make
him look like a woman,
and in others again he has tried to make
him look like a child. In some he has
tried to make him look like a man,
and in others he has tried to make
him look like a woman,
and in others again he has tried to make
him look like a child.

There is also a series of drawings
of people, mostly children, some of which
are very good, while others are not so good.
In some of them the artist has tried to
make the figure look like a man,
and in others he has tried to make
him look like a woman,
and in others again he has tried to make
him look like a child.

QUAESTIONES.

I.

Jesus Christus ἀναμόρφητος fuit.

II.

Praecipuum religionis Christianae caput est Jesus
ὁ ἀναμόρφητος.

III.

Jesu vita et in primis ejus passio ei via fuit ad altioram perfectionem, quod auctor epistolae ad Hebraeos docet statuens Jesum obedientiam didicisse ἀφ' ὅν ἐπιστεν.

IV.

Dogma de immaculata virginis Mariae conceptione radices agit in Romano-Catholicorum anthropologia.

V.

Malam morale non restitutio, verum perturbatio ordinis est.

VI.

Non recte KEILIUS contendit Ezrae et Nehemiae tempore collectionem et clausulam Codicis Veteris Foederis ad finem perductam esse.

VII.

דָרְשׁוּ מַעַל־סִפְרֵי יְהוָה וְקָרְאוּ Verborum, quae occur-
runt Jes. XXXIV : 16, primum **דָרְשׁוּ** vs. 15 addendum
est, cetera legenda esse **מִסְפַּר יְהוָה יִקְרָא** recte sta-
tuerunt KNOBELIUS, HITZIGIUS.

VIII.

Discriben, quod textum Hebraicum Jeremiae et ver-
sionem Alexandrinam inter observatur, nisi accepta
hypothesi duplicitis recensionis, explicari nequit.

IX.

Relationem rejicere de Johanna papissa tamquam
fabellam non licet.

X.

Synopticorum et Johannis relationes de die, quo
Jesus mortuus est, in concordiam redigi nequeunt.

XI.

Argumenta q. d. interna praestant pretio testibus in
constituendo textu N. T. originali.

XII.

Male TISCHENDORFIUS 1 Cor. III : 4 lectionem defendit ἀνθρωποι. Legendum est ἀνθρώπου.

XIII.

Codex N. F. unicus fons habendus est, e quo religionis Christianae cognitio historica petenda est.

XIV.

Recte GUST.-AD. HOFF („Vie de Martin Luther“) dc Luther: „la source de sa force n'est ni dans son génie, ni dans son caractère, elle est avant tout dans sa foi.“

XV.

Optime cl. KISTIUS historiam religionis Christianae ab historia dogmatum distinguendam esse statuit.

XVI.

Irenaeum effato Eus. II. E. III. 18, οὐδὲ γὰρ πρὸ πολλοῦ χρόνου ἐωράη (ἡ ἀποκάλυψις) ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανῆς ἀρχῆς Domitianum significasse, minime constat.

XVII.

Autοχειρίx numquam approbanda est.

XVIII.

In Catechisatione socratica methodus catecheticae praefferenda est.

XIX.

Appellatio „Encyclopaedia theologi Christiani” improbanda est.

XX.

Fides religiosa argumentis historicis probari nequit.

XXI.

Opinio, qua pater Jeremiae idem fuisse statuitur ac sacerdos summus Hilkia Josiae tempore, nullo nititur fundamento.

XXII.

Sententia, qua Jesum particularistam fuisse censem, non necessario sequitur e principiis, quae propugnat schola Tübinger.

XXIII.

Paulus apostolus Jesum revera e mortuis ad vivos rediisse docuit.

XXIV.

In libro „Pistis Sophia” vestigia Gnosticismi Ophitei occurunt.

XXV.

Determinismus ad Pantheismum dicit.